Ille in aquam subito totum se immittit, et omne,
Excitat ingenti sonitu mare fervere cogens.
Fit quoque, ut involvat venti se nubibus ipse
Vortex, conradens ex aëre semina nubis,
Et quasi demissum coelo prestera imitetur.
Hic ubi se in terras demisit, dissoluitque,
Turbinis immanem vim provomit atque procellae.
Sed quia fit raro omnino, monteisque necesse est
Officere in terris; apparet crebrius idem
Prospectu maris in magno, coeloque patenti.
Nubila concrescunt, ubi corpora multa volando
Hoc super in coeli spatio coiere repente
Asperiora, modis quae possint indupedita
Exiguis, tamen inter se comprensa teneri.
Haec faciunt primum parvas consistere nubeis;
Inde ea comprendunt inter se, conque gregantur,
Et coniungendo crescunt, ventisque feruntur
Usque adeo, donec tempestas saeva coorta est.
Fit quoque, uti montis vicina cacumina coelo
Quam sint quaeque magis, tanto magis edita fument
Assidue fulvae nubis caligine crassa;
Propterea, quia, cum consistunt nubila primum,
Ante videre oculi quam possint tenuia, venti
Portantes cogunt ad summa cacumina montis.
Hic demum fit, uti, turba maiore coorta,

Digitized by Google

Condensa ac stipata simul cernantur, et udo
Vertice de montis videantur surgere in aethram.
Nam loca declarat sursum ventosa patere
Res ipsa, et sensus, monteis cum ascendimus altos.
Praeterea, permulta mari quoque tollere toto
Corpora naturam, declarant litore vestes
Suspensae, cum concipiunt humoris adhaesum.
Quo magis ad nubeis augendas multa videntur
Posse quoque e salso consurgere momine ponti.
Nam ratio cum sanguine abest humoribus omnis.
Praeterea, fluviis ex omnibus, et simul ipsa
Surgere de terra nebulas, aestumque videmus:
Quae velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur,
Suffunduntque sua coelum caligine, et altas
Sufficiunt nubeis paulatim conveniundo.
Urget enim quoque signiferi super aetheris aestus,
Et quasi densando subtexit caerula nimbis.
Fit quoque, ut hunc veniant in coetum extrinsecus illa
Corpora, quae faciunt nubeis nimbosque volanteis.
Innumerabilem enim numerum, summamque profundi
Esse infinitam docui: quantaque volarent
Corpora mobilitate, ostendi, quamque repente
Immemorabile per spatium transire solerent.
Haud igitur mirum est, si parvo tempore saepe
Tam magnos monteis tempestas, atque tenebrae
Cooperiant maria, ac terras, impensa superne.
Undique quandoquidem per caulas aetheris omneis,
Et quasi per magni circum spiracula mundi
Exitus introitusque elementis redditus exstat.

Digitized by Google

Nunc age, quo pacto pluvius concrescat in altis
Nubibus humor, et in terras demissus ut imber
Decidat, expediam. Primum iam semina aquai
Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis
Omnibus ex rebus, pariterque ita crescere utrasque,
Et nubeis, et aquam, quaecunque in nubibus exstat,
Ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit,
Sudor item atque humor quicunque est denique membris.
Concipiunt etiam multum quoque saepe marinum
Humorem, veluti pendentia vellera lanae
Cum supera magnum venti mare nubila portant.
Consimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubeis: quo cum bene semina aquarum
Multa modis multis convenere undique adaucta;
Confertae nubes vi venti mittere certant
Dupliciter: nam vis venti contrudit, et ipsa
Copia nimborum, turba maiore coorta,
Urget, et e supero premit, ac facit effluere imbreis.
Praeterea, cum rarescunt quoque nubila ventis,
Aut dissolvuntur solis super icta colore;
Mittunt humorem pluvium, stillantque, quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat.
Sed vehemens imber fit, ubi vehementer utroque
Nubila vi cumulata premuntur, et impete venti.
At retinere diu pluviae, longumque morari
Consuerunt, ubi multa fuerunt semina aquarum;
Atque aliis aliae nubes, nimbique frigantes
Insuper, atque omni volgo de parte feruntur;
Terraque cum fumans humorem tota rehalat.
Hinc ubi sol radiis tempestatem inter opacam

Digitized by Google

Adversa fulsit nimborum aspergine contra:
Tum color in nigris exsistit nubibus arqui.
Cetera, quae sursum crescunt, sursumque creantur,
Et quae concrescunt in nubibus omnia, prorsum
Omnia, nix, venti, grando, gelidaeque pruinae,
Et vis magna geli, magnum duramen aquarum,
Et mora, quae fluvios passim refrenat eunteis:
Perfacile est tamen haec reperire, animoque videre,
Omnia quo pacto fiant, quareve creentur,
Cum bene cognoris elementis reddita quae sint.
Nunc age, quae ratio terrai motibus exstet,
Percipe: et in primis terram fac ut esse rearis
Subter item, ut supera est; ventis, atque undique plenam
Speluncis, multosque lacus, multasque lacunas
In gremio gerere, et rupeis, deruptaque saxa:
Multaque sub tergo terrai flumina tecta
Volvere vi fluctus, submersaque saxa putandum est:
Undique enim similem esse sui, res postulat ipsa.
His igitur rebus subiunctis suppositisque,
Terra superne tremit magnis concussa ruinis
Subter, ubi ingenteis speluncas subruit aetas:
Quippe cadunt toti montes, magnoque repente
Concussu, late disserpunt inde tremores:
Et merito, quoniam plaustris concussa tremiscunt
Tecta viam propter non magno pondere tota.
Nec minus exsultant, ubi currus fortis equum vis
Ferratos utrinque rotarum succutit orbeis.
Fit quoque, ubi magnas in aquae vastasque lacunas
Gleba vetustate e terra provolvitur ingens,
Ut iactetur aqua, et fluctu quoque terra vacillet:
Ut vas in terra non quit constare, nisi humor

Digitized by Google

Destitit in dubio fluctu iactarier intus.
Praeterea, ventus cum per loca subcava terrae
Conlectus parti ex una procumbit, et urget
Obnixus magnis speluncas viribus altas;
Incumbit tellus, quo venti prona premit vis:
Tum, supera terram quae sunt exstructa domorum,
Ad coelumque magis quanto sunt edita quaeque,
Inclinata minent in eandem prodita partem;
Protractaeque trabes impendent ire paratae:
Et metuunt magni naturam credere mundi
Exitiale aliquod tempus clademque manere,
Cum videant tantam terrarum incumbere molem.
Quod nisi respirent venti, non ulla refrenet
Res, neque ab exitio possit reprendere euntis:
Nunc quia respirant alternis, inque gravescunt,
Et quasi conlecti redeunt coduntque repulsi;
Saepius hanc ob rem minitatur terra ruinas,
Quam facit: inclinatur enim, retroque recellit,
Et recipit prolapsa suas se in pondere sedis:
Hac igitur ratione vacillant omnia tecta,
Summa magis mediis, media imis, ima perhilum.
Est haec eiusdem quoque magni causa tremoris,
Ventus ubi, atque animae subito vis maxima quaedam,
Aut extrinsecus, aut ipsa a tellure coorta,
In loca se cava terrai coniecit, ibique
Speluncas inter magnas fremit ante tumultu:
Versabundaque portatur, post incita cum vis
Exagitata foras erumpitur, et simul artum
Diffindens terram, magnum concinnat hiatum:
In Tyria Sidone quod accidit, et fuit Aegis
In Peloponneso: quas exitus hic animai
Disturbat urbeis, et terrae motus obortus.
Multaque praeterea ceciderunt moenia magnis

Digitized by Google

Motibus in terris, et multae per mare pessum
Subsedere suis pariter cum civibus urbes.
Quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai
Et fera vis venti per crebra foramina terrae
Dispertitur, ut horror, et incutit inde tremorem:
Frigus uti nostros penitus cum venit in artus,
Concutit invitos, cogens tremere atque moveri.
Ancipiti trepidant igitur terrore per urbeis:
Tecta superne timent, metuunt inferne, cavernas
Terrai ne dissoluat natura repente:
Neu distracta suum late dispandat hiatum;
Idque suis confusa velit complere ruinis.
Proinde licet, quamvis coelum terramque reantur
Incorrupta fore, aeternae mandata saluti;
Attamen interdum praesens vis ipsa pericli
Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris,
Ne pedibus raptim tellus subtracta feratur
In barathrum, rerumque sequatur prodita summa
Funditus, et fiat mundi confusa ruina.
Nunc ratio reddunda, augmen cur nesciat aequor.
Principio, mare mirantur non reddere malus
Naturam, quo tantu' fuat decursus aquarum,
Omnia quo veniant ex omni flumina parte.
Adde vagos imbreis, tempestatesque volanteis,
Omnia quae maria ac terras sparguntque rigantque.
Adde suos fonteis: tamen ad maris omnia summam
Guttai vix instar eruut unius ad augmen.
Quo minus est mirum, mare non augescere magnum.
Praeterea, magnam sol partem detrahit aestu
Quippe videmus enim, vesteis humore madentei
Exsiccare suis radiis ardentibu' solem.

Digitized by Google

At pelage multa et late substrata videmus.
Proinde licet quamvis ex unoquoque loco sol
Humoris parvam delibet ab aequore partem;
Largiter in tanto spatio tamen auferet undis.
Tum porro venti magnam quoque tollere partem
Humoris possunt, verrentes aequora ponti:
Una nocte vias quoniam persaepe videmus
Siccari, mollisque lutî concrescere crustas.
Praeterea, docui multum quoque tollere nubeis
Humoretn, magno conceptum ex aequore ponti,
Et passim toto terrarum spargere in orbe,
Cum pluit in terris, et venti nubila portant.
Postremo, quoniam raro cum corpore tellus
Est, et coniunctas oras maris undique cingit;
Debet, ut in mare de terris venit humor aquai,
In terras itidem manare ex aequore salso:
Percolatur enim virus, retroque remanat
Materies humoris, et ad caput amnibus omnis
Confluit: inde super terras redit agmine dulci,
Qua via secta semel liquido pede detulit undas.
Nunc ratio quae sit, per fauceis montis ut Aetnae
Exspirent ignes interdum turbine tanto,
Expediam: neque enim media de clade coorta
Flammae tempestas, Siculum domînata per agros,
Finitimis ad se convertit gentibus ora,
Fumida cum coeli scintillare omnia templa
Cernentes pavida complebant pectora cura,
Quid moliretur rerum natura novarum.
Hisce tibi rebus late est alteque videndum,
Et longe cunctas in parteis dispiciendum,
Ut reminiscaris, summam rerum esse profundam,
Et videas, coelum summai totius unum

Digitized by Google

Quam sit parvula pars, et quam multesima constet:
Et quota pars homo terrai sit totius unus.
Quod bene propositum si plane contueare,
Ac videas plane; mirari multa relinquas.
Num quis enim nostrum miratur, si quis in artus
Accepit calido febrim fervore coortam,
Aut alium quemvis morbi per membra dolorem?
Obturgescit enim subito pes, arripit acer
Saepe dolor denteis, oculos invadit in ipsos:
Exsistit sacer ignis, et urit corpore serpens
Quamcunque arripuit partem, repitque per artus;
Nimirum, quia sunt multarum semina rerum:
Et satis haec tellus nobis coelumque mali fert,
Unde queat vis immensi procrescere morbi.
Sic igitur toti coelo terraeque putandum est
Ex infinito satis omnia suppeditare,
Unde repente queat tellus concussa moveri,
Perque mare et terras rapidus percurrere turbo,
Ignis abundare Aetnaeus, flammescere coelum.
Id quoque enim fit, et ardescunt coelestia templa,
Ut tempestates pluviae graviore coortu
Sunt, ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum.
At nimis est ingens incendi turbidus ardor.
Scilicet, et fluvius, qui non est, maximus eii est,
Qui non ante aliquem maiorem vidit: et ingens
Arbor, homoque videtur: et omnia de genere omni,
Maxima quae vidit quisque, haec ingentia fingit.
Cum tamen omnia cum coelo, terraque, marique,
Nil sint ad summam summai totius omnem.
Nunc tamen, illa modis quibus irritata repente
Flamma foras vastis Aetnae fornacibus effet,
Expediam. Primum totius subcava montis

Digitized by Google

Est natura, fere silicum suffulta cavernis:
Omnibus est porro in speluncis ventus et aer.
Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aer.
Hic ubi percaluit, calefecitque omnia circum
Saxa furens, qua contingit, terramque; et ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit se, ac rectis ita faucibus eiicit alte,
Funditque ardorem longe, longeque favillam
Differt, et crassa volvit caligine fumum:
Extruditque simul mirando pondere saxa:
Ne dubites, quin haec animai turbida sit vis.
Praeterea, magna ex parti mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, aestumque resorbet.
Ex hoc usque mari speluncae montis ad altas
Perveniunt subter fauceis: hac ire fatendum est,
Et penetrare mari penitus res cogit aperto:
Atque efflare foras, ideoque extollere flammas,
Saxaque subiectare, et arenae tollere nimbos.
In summo sunt ventigeni crateres, ut ipsi
Nominitant, nos quas fauceis perhibemus, et ora.
Sunt aliquot quoque res, quarum unam dicere causam
Non satis est, verum plureis, unde una tamen sit.
Corpus ut exanimum si quod procul ipse iacere
Conspicias hominis; fit, ut omneis dicere causas
Conveniat leti, dicatur ut illius una.
Nam neque eum ferro, neque frigore vincere possis
Interiisse, neque a morbo, neque forte veneno:
Verum aliquid genere esse ex hoc, quod concio dicat,
Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.
Nilus in aestati crescit, campisque redundat
Unicus in terris Aegypti totius amnis.

Digitized by Google

Is rigat Aegyptum medium per saepe calorem,
Aut quia sunt aestate Aquilones ostia contra
Anni tempore eo, quo Etesia flabra feruntur;
Et contra fluvium flantes remorantur, et undas
Cogentes sursus replent, coguntque manere.
Nam dubio procul haec adverso flabra feruntur
Flumine, quae gelidis a stellis axis aguntur.
Ille ex aestifera parti venit amnis ab Austro
Inter nigra virûm, percoctaque saecla calore,
Exoriens penitus media ab regione diei.
Est quoque, uti possit magnus congestus arenae
Fluctibus adversis oppilare ostia contra,
Cum mare permotum ventis ruit intus arenam.
Quo fit uti pacto liber minus exitus amni,
Et proclivus item fiat minus impetus undis.
Fit quoque, uti pluviae forsan magis ad caput eius
Tempore eo fiant, quo Etesia flabra Aquilonum
Nubila coniiciunt in eas tunc omnia parteis.
Scilicet ad mediam regionem eiecta diei
Cum convenerunt, ibi ad altos denique monteis
Contrusae nubes coguntur vique premuntur.
Forsit et Aethiopum penitus de montibus altis
Crescat, ubi in campos albas descendere ningueis
Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.
Nunc age, Averna tibi quae sint loca cunque lacusque,
Expediam, quali natura praedita constent.
Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis,
Et regione ea quod loca cum advenere volantes,
Remigii oblitae pennarum vela remittunt,
Praecipitesque cadunt molli cervice profusae
In terram, si forte ita fert natura locorum;

Digitized by Google

Aut in aquam, si forte lacus subtractus Averno est,
Qualis apud Cumas locus est montemque Vesevum,
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus,
Est et Athenaeis in moenibus, arcis in ipso
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almae,
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucae
Cornices, non cum fumant altaria donis:
Usque adeo fugitant non iras Palladis acreis
Pervigilis causa, Graiûm ut cecinere poetae:
Sed natura loci hoc opus efficit ipsa sua vi.
In Syria quoque fertur item locus esse, videri,
Quadrupedes quoque quo simul ac vestigia primum
Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa,
Manibus ut si sint divis mactata repente.
Omnia quae naturali ratione geruntur,
Et quibus e causis fiant, apparet origo;
Ianua ne his Orci potius regionibus esse
Credatur posta, hinc animas Acheruntis in oras
Ducere forte deos Manes inferna reamur:
Naribus alipedes, ut cervi saepe putantur
Ducere de lutebris serpentia saecla ferarum.
Quod procul a vera quam sit ratione repulsum,
Percipe: namque ipsa de re nunc dicere conor.
Principio hoc dico, quod dixi saepe quoque ante,
In terra cuiusque modi rerum esse figuras:
Multa, homini quae sunt vitalia; multaque, morbos
Incutere, et mortem quae possint accelerare:
Et magis esse alias alias animantibus aptas
Res ad vitai rationem ostendimus ante,
Propter dissimilem naturam, dissimileisque
Texturas inter sese, primasque figuras:
Multa meant inimica per aureis, multa per ipsas

Digitized by Google

Insinuant nareis infesta atque aspera odore:
Nec sunt multa parum tactu vitanda, nec autem
Aspectu fugienda, saporeque tristia quae sint.
Deinde videre licet, quam multae sint homini res
Acriter infesto sensu, spurcaeque, gravesque.
Arboribus primum certis gravis umbra tributa est,
Usque adeo, capitis faciant ut saepe dolores,
Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.
Est etiam in magnis Heliconis montibus arbos,
Floris odore hominem taetro consueta necare.
Scilicet haec ideo terris ex omnia surgunt
Multa modis multis multarum semina rerum,
Quod permista gerit tellus, discretaque tradit.
Nocturnumque recens exstinctum lumen, ubi acri
Nidore offendit nareis, consopit ibidem,
Deiicere ut pronos qui morbus saepe suevit.
Castoreoque gravi mulier sopita recumbit,
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei,
Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit.
Multaque praeterea languentia membra per artus
Solvunt, atque animam labefactant sedibus intus.
Denique, si in calidis etiam cunctere lavacris,
Plenior et solio in fueris ferventis aquai;
Quam facile in medio fit, uti des saepe ruinas!
Carbonumque gravis vis atque odor insinuatur
Quam facile in cerebrum, nisi aquam praecepimus ante?
At cum membra hominis percepit fervida febris,
Tum fit odor vini plagae mactabilis instar.
Nonne vides etiam, terra quoque sulphur in ipsa
Gignier, et taetro cunerescere odore bitumen?
Denique ubi argenti venas aurique sequuntur,

Digitized by Google

Terrai penitus scrutantes abdita ferro;
Qualeis exspirat Scaptesula subter odores? 810
Quidve mali fit ut exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualeisque colores?
Nonne vides, audisve, perire in tempore parvo
Quam soleant? et quam vitai copia desit,
Quos opere in tali cohibet vis magna? Necesse est 815
Hos igitur tellus omneis exaestuet aestus,
Exspiretque foras in aperta promtaque coeli.
Sic et Averna loca alitibus summittere debent
Mortiferam vim, de terra quae surgit in auras,
Ut spatium coeli quadam de parte venenet: 820
Quo simul ac primum pennis delata sit alea,
Impediatur ibi caeco conrepta veneno,
Ut cadat e regione loci, qua dirigit aestus:
Quo cum conruit, haec eadem vis illius aestus,
Reliquias vitae membris ex omnibus aufert. 825
Quippe etenim primo quasi quendam conciet aestum:
Posterius fit, uti cum iam cecidere veneni
In fonteis ipsos, ibi sit quoque vita vomenda,
Propterea quod magna mali sit copia circum.
Fit quoque, ut interdum vis haec atque aestus Averni 830
Aera, qui inter aveis cunque est terramque locatus,
Discutiat, prope uti locus hinc linquatur inanis:
Cuius ubi e regione loci venere volantes,
Claudicat extemplo pennarum nisus inanis;
Et conamen utrinque alarum proditur omne. 835
Hic ubi nictari nequeunt, insistereque alis,
Scilicet in terram delabi pondere cogit
Natura; et vacuum prope iam per inane iacentes
Dispergunt animas per caulas corporis omneis.
Frigidior porro in puteis aestate fit humor, 840

Digitized by Google

Rarescit quia terra calore, et semina si qua
Forte vaporis habet, propere dimittit in auras.
Quo magis est igitur tellus affecta calore,
Hoc fit frigidior, qui in terra est abditus, humor.
Frigore cum premitur porro omnis terra, coitque,
Et quasi concrescit; fit scilicet, ut quaeque
Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa, calorem.
Est apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, at calidus nocturno tempore fertur:
Hunc homines fontem nimis admirantur, et acri
Sole putant subter terras ferviscere raptim.
Nox ubi terribili terras caligine texit:
Quod minus a vera est longe ratione remotum:
Quippe ubi sol, rudum contrectans corpus aquai,
Non queunt calidum supera de reddere parte,
Cum superum lumen tanto fervore fruatur:
Qui queat hic subter tam crasso corpore terram
Percoquere humorem, et calido sucinere vapori?
Praesertim cum vix possit per septa domorum
Insinuare suum radiis ardentibus aestum?
Quae ratio est igitur? Nimirum terra magis quod
Rara tenet circum hunc fontem, quam cetera tellus.
Multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.
Hinc ubi roriferis terram nox obruit umbris,
Extemplo subtus frigescit terra, coitque.
Hac ratione fit, ut, tanquam compressa manu sit,
Exprimat in fontem, quae semina cunque habet ignis,
Quae calidum faciunt laticis tactum atque saporem.
Inde ubi sol radiis terram dimovit ohortis,
Et rarefecit calido miscente vapore:
Rursus in antiquas redeunt primordia sedeis,
Ignis, et in terram cedit calor omnis aquai.

Digitized by Google

Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Praeterea, solis radiis iactatur aquai
Humor, et in luci tremulo rarescit ab aestu:
Propterea fit, uti, quae semina cunque habet ignis,
Dimittat: quasi saepe gelum, quod continet in se,
Mittit, et exsolvit glaciem, nodosque relaxat.
Frigidus est etiam fons, supra quem sita saepe
Stupa iacit flammas concepto protinus igni:
Taedaque consimili ratione accensa per undas
Conlucet, quocunque natans impellitur auris:
Nimirum quia sunt in aqua permulta vaporis
Semina, de terraque necesse est funditus ipsa
Ignis corpora per totum consurgere fontem,
Et simul exspirare foras, exireque in auras,
Non tam viva tamen, calidus queat ut fieri fons.
Praeterea, dispersa foras erumpere cogit
Vis per aquam subito, sursumque ea conciliari:
Quod genus endo mari spirat fons, dulcis aquai
Qui scatit, et salsas circum se dimovet undas.
Et multis aliis praebet regionibus aequor
Utilitatem opportunam sitientibu' nautis,
Quod dulceis inter salsas intervomit undas.
Sic igitur per eum possunt erumpere fontem,
Et scatere illa foras in stupam semina: quo cum
Conveniunt, aut cum taedai corpori adhaerent,
Ardescunt facile extemplo; quia multa quoque in se
Semina habent ignis stupae taedaeque tenentes.
Nonne vides etiam, nocturna ad lumina lychnum
Nuper ubi exstinctum admoveas, accendier ante
Quam tetigit flammam? taedamque pari ratione?
Multaque praeterea, prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quam cominus imbuat ignis.
Hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandum est.
Quod superest, agere incipiam, quo foedere fiat

Digitized by Google

Naturae, lapis hic ut ferrum ducere possit,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.
Hunc homines lapidem mirantur, quippe catenam
Saepe ex annellis reddit pendentibus ex se.
Quinque etenim licet interdum, plureisque videre
Ordine demisso, levibus iactarier auris,
Unus ubi ex uno dependet subter adhaerens;
Ex alioque alius lapidis vim vinclaque noscit:
Usque adeo permananter vis pervalet eius.
Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam
Ipsius reii rationem reddere possis;
Et nimium longis ambagibus est adeundum:
Quo magis attentas aureis animumque reposco.
Principio, omnibus a rebus, quascunque videmus,
Perpetuo fluere, ac mitti, spargique necesse est
Corpora, quae feriant oculos, visumque lacessant:
Perpetuoque fluunt certis ab rebus odores,
Frigus ut a fluviis, calor a sole, aestus ab undis
Aequoris exesor moerorum litora propter:
Nec varii cessant sonitus manare per aureis.
Denique in os salsi venit humor saepe saporis,
Cum mare versamur propter; dilutaque contra
Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror:
Usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
Fertur, et in cunctas dimittitur undique parteis:
Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi,
Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper
Cernere, odorari licet, et sentire sonorem,

Digitized by Google

Nunc omnes repetam quam raro corpore sint res,
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.
Quippe etenim, quamquam multas hoc pertinet ad res
Noscere, cum primis hanc ad rem protinus ipsam,
Qua de disserere aggredior, firmare necesse est
Nil esse in promtu, nisi mistum corpus inani.
Principio fit, ut in speluncis saxa superna
Sudent humore, et guttis manantibu' stillent:
Manat item nobis e toto corpore sudor,
Crescit barba, pilique per omnia membra, per artus:
Diditus in venas cibus omneis, auget, alitque
Corporis extremas quoque parteis unguiculosque.
Frigus item transire per aes, calidumque vaporem
Sentimus: sentimus item transire per aurum,
Atque per argentum, cum pocula plena tenemus.
Denique per dissepta domorum saxea voces
Pervolitant, permanat odos, frigusque, vaposque
Ignis: quin ferri quoque vim penetrare suevit,
Undique qua circum corpus lorica coercet:
Morbida vis quaecunque extrinsecus insinuatur.
Et tempestates terra coeloque coortae
E coelo emotae terraque repente facessunt,
Quandoquidem nihil est, non raro corpore nexum.
Huc accedit, uti non omnia, quae iaciuntur
Corpora cunque ab rebus, eodem praedita sensu,
Atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.
Principio, terram sol excoquit, et facit are:
At glaciem dissolvit, et altis montibus alte
Exstructas ningueis radiis tabescere cogit:
Denique cera liquescit in eius posta vapore:

Digitized by Google

Ignis item liquidum facit aes, aurumque resolvit:
At coria et carnem trahit et conducit in unum.
Humor aquae porro ferrum condurat ad ignis;
At coria et carnem mollit durata calore:
Barbigeras oleaster eo iuvat usque capellas,
Diffluat ambrosia quasi vero, et nectare tinctus:
At nihil est, homini fronde hac quod amarius exstet.
Denique amaracinum fugitat sus et timet omne
Unguentum; nam setigeris subus acre venenum est,
Quod nos interdum tanquam recreare videtur.
At contra nobis coenum taeterrima cum sit
Spurcities, eadem subus haec res munda videtur,
Insatiabiliter toti ut volvantur ibidem.
Hoc etiam superest, ipsa quam dicere de re
Aggredior, quod dicendum prius esse videtur.
Multa foramina cum variis sint reddita rebus,
Dissimili inter se natura praedita debent
Esse, et habere suam naturam quaeque, viasque;
Quippe etenim varii sensus animantibus insunt,
Quorum quisque suam proprie rem percipit in se.
Nam penetrare alia sonitus, aliaque saporem
Cernimus e succis, alia nidoris odores,
Propter dissimilem naturam textaque rerum:
Praeterea manare aliud per saxa videtur;
Atque aliud per ligna; aliud transire per aurum;
Argentoque foras aliud, vitroque meare.
Nam fluere hac species, illac calor ire videtur,
Atque aliis aliud citius transmittere eadem.
Scilicet id fieri cogit natura viarum,
Multimodis varians, ut paulo ostendimus ante.
Quapropter bene ubi haec confirmata atque locata
Omnia constiterint nobis praeposta, parata:
Quod superest, facile hinc ratio reddetur, et omnis

Digitized by Google

Causa pateſiet, quae ferri pelliciat vim.
Principio, fluere e lapide hoc permulta necesse est
Semina, sive aestum, qui discutit aëra plagis:
Inter qui lapidem ferrumque est undique locatus.
Hoc ubi inanitur spatium, multumque vacefit
In medio locus: extemplo primordia ferri
In vacuum prolapsa cadunt coniuncta, fit utque
Annulus ipse sequatur, eatque ita corpore toto,
Nec res ulla magis primoribus ex elementis
Indupedita suis arcte connexa cohaeret,
Quam validi ferri naturae frigidus horror.
Quo minus est mirum, quod paulo diximus ante,
Corpora si nequeunt de ferro plura coorta
In vacuum ferri, quin annulus ipse sequatur:
Quod facit, et sequitur donec pervenit ad ipsum
Iam lapidem, caecisque in eo compagibus haesit.
Hoc fit item cunctas in parteis, unde vacefit
Cunque locus, sive ex transverso, sive superne,
Corpora continuo in vacuum vicina feruntur.
Quippe agitantur enim plagis aliunde, nec ipsa
Sponte sua sursum possunt consurgere in auras.
Huc accedit item, quae queant id magis esse:
Haec quoque res argumento motuque iuvatur:
Quod simul a fronte est animali rarior aër
Factus, inanitusque locus magis ac vacuatus:
Continuo fit, uti qui post est cunque locatus
Aër, a tergo quasi provehat atque propellat.
Semper enim circum positus res verberat aër.
Sed tali fit uti propellat tempore ferrum,
Parte quod ex una spatium vacet, et capit ipse.
Hic, ubi, quem memoro, per crebra foramina ferri est
Parvas ad parteis subtiliter insinuatus;
Trudit et impellit, quasi navim vela queve ventus.
Denique res omnes debent in corpore habere

Digitized by Google

Aëra, quandoquidem raro sunt corpore, et aër
Omnibus est rebus circumdatus appositusque.
Hic igitur, penitus qui in ferro est abditus aër,
Sollicito motu semper iactatur; eoque
Verberat annellum dubio procul: et ciet intus
Scilicet: atque eodem fertur, quo praecipitavit
Iam semel, et quamquam in partem conamina sumsit.
Fit quoque, ut a lapide hoc ferri natura recedat
Interdum, fugere atque sequi consueta vicissim.
Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi,
Et ramenta simul ferri furere intus ahenis
In scaphiis, lapis hic magnes cum subditus esset:
Usque adeo fugere a saxo gestire videtur.
Aere interposito discordia tanta creatur,
Propterea, quia nimirum prius aestus ubi aeris
Praecepit, ferrique vias possedit apertas;
Posterior lapidis venit aestus, et omnia plena
Invenit in ferro: neque habet, qua tranet, ut ante.
Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu
Ferrea texta suo: quo pacto respuit ab se,
Atque per aes agitat, sine eo quae saepe resorbet.
Illud in his rebus mirari mitte, quod aestus
Non valet e lapide hoc alias impellere item res:
Pondere enim fretae partim stant, quod genus aurum:
Ac partim raro quia sunt cum corpore, ut aestus
Pervolet intactus, nequeunt impellier usquam;
Lignea materies in quo genere esse videtur.
Inter utrasque igitur ferri natura locata,
Aeris ubi accepit quaedam corpuscula; tum fit,
Impellant ut eam Magnesi semina saxi.

Digitized by Google

Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena,
Ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur,
Quae memorare queam inter se singulariter apte.
Saxa vides primum sola coalescere calce:
Glutine materies taurino ita iungitur una.
Ut vitio venae tabularum saepius hiscant,
Quam laxare queant compages taurea vincla.
Vitigeni latices in aquai fontibus audent
Misceri, cum pix nequeat gravis, et leve olivum:
Purpureusque colos conchyli mergitur una
Corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam:
Non si Neptuni fluctu renovare operam des;
Non, mare si totum velit eluere omnibus undis.
Denique res auro argentum concopulat una,
Aerique aes plumbo fit uti iungatur ab albo.
Cetera iam quam multa licet reperire! Quid ergo!
Nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,
Nec me tam multam hic operam consumere par est:
Sed breviter paucis restat comprendere multa.
Quorum ita texturae ceciderunt mutua contra,
Ut cava conveniant plenis haec illius, illa
Huiusque; inter se iunctura horum optima constat.
Est etiam, quasi ut annellis hamisque plicata
Inter se quaedam possint coplata teneri:
Quod magis in lapide hoc fieri ferroque videtur.
Nunc, ratio quae sit morbis, aut unde repente
Mortiferam possit cladem conflare coorta,
Morbida vis hominum generi, pecudumque catervis,

Digitized by Google

Expediam. Primum multarum semina rerum
Esse supra docui, quae sint vitalia nobis:
Et contra, quae sint morbo mortique, necesse est
Multa volare; ea cum casu sunt forte coorta,
Et perturbarunt coelum, fit morbidus aër.
Atque ea vis omnis morborum, pestilitasque,
Aut extrinsecus, ut nubes nebulaeque superne
Per coelum veniunt, aut ipsa saepe coorta
De terra surgunt, ubi putrorem humida nacta est,
Intempestivis pluviisque, et solibus icta.
Nonne vides etiam, coeli novitate et aquarum
Tentari, procul a patria quicunque domoque
Adveniunt? ideo quia longe discrepat aer.
Nam quid Britannum coelum differre putamus,
Et quod in Aegypto est, qua mundi claudicat axis?
Quidve quod in Ponto est differre a Gadibus, atque
Usque ad nigra virum, percoctaque saecla calore.
Quae cum quatuor inter se diversa videmus,
Quatuor a ventis et coeli partibus esse,
Tum color et facies hominum distare videntur
Largiter, et morbi generatim saecla tenere.
Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Aegypto in media, neque praeterea usquam.
Atthide tentantur gressus, oculique in Achaeis
Finibus: inde aliis alius locus est inimicus
Partibus ac membris: varius concinnat id aër.
Proinde ubi se coelum, quod nobis forte alienum est,
Commovet, atque aër inimicus serpere coepit;

Digitized by Google

Ut nebula ac nubes paulatim repit, et omne,
Qua graditur, conturbat, et immutare conatur.
Fit quoque, ut in nostrum cum venit denique coelum,
Corrumpat, reddatque sui simile atque alienum.
Haec igitur subito clades nova, pestilitasque,
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus:
Aut etiam suspensa manet vis aëre in ipso;
Et cum spiranteis mistas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.
Consimili ratione venit bubus quoque saepe
Pestilitas, etiam pecubus balantibus aegror.
Nec refert, utrum nos in loca deveniamus
Nobis adversa, et coeli mutemus amictum:
An coelum nobis ultro natura cruentum
Deferat, aut aliquid, quo non consuevimus uti,
Quod nos adventu possit tentare recenti.
Haec ratio quondam morborum, et mortifer aestus
Finibu' Cecropiis funestos reddidit agros,
Vastavitque vias, exhausit civibus urbem.
Nam penitus veniens Aegypti e finibus ortus,
Aëra permensus multum, camposque natanteis,
Incubuit tandem populo Pandionis: omnes
Inde catervatim morbo mortique dabantur.
Principio, caput incensum fervore gerebant,
Et dupliceis oculos suffusa luce rubenteis.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, et ulceribus vocis via septa coibat;
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.
Inde, ubi per fauceis pectus complerat, et ipsum
Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris;
Omnia tum vero vitai claustra labebant.
Spiritus ore foras tetrum volvebat odorem,

Digitized by Google

Rancida quo perolent proiecta cadavera ritu.
Atque animi prorsum vires totius, et omne
Languebat corpus, leti iam limine in ipso.
Intolerabilibusque malis erat anxius angor
Assidue comes, et gemitu commista querela,
Singultusque frequens noctem persaepe diemque,
Corripere assidue nervos et membra coactans,
Dissolvebat eos, defessos ante, fatigans.
Nec nimio cuiquam posses ardore tueri
Corporis in summo summam fervescere partem:
Sed potius tepidum manibus proponere tactum,
Et simul ulceribus quasi inustis omne rubere
Corpus, ut est, per membra sacer cum diditur ignis.
Intima pars hominis vero flagravit ad ossa:
Flagravit stomacho flamma, ut fornacibus, intus:
Nil adeo posset cuiquam leve tenueque membris
Vertere in utilitatem, ad ventum et frigora semper
In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum iacientes corpus in undas.
Multi praecipites lymphis putealibus alte
Inciderunt, ipso venientes ore patente.
Insedabiliter sitis arida corpora mersans
Aequabat multum parvis humoribus imbrem.

Nec requies erat ulla mali; defecta iacebant
Corpora; mussabat tacito medicina timore;
Quippe patentia cum totas ardentia nocteis
Lumina versarent oculorum expertia somno:
Multaque praeterea mortis tum signa dabantur:
Perturbata animi mens in moerore metuque;
Triste supercilium; furiosus voltus et acer;
Sollicitae porro plenaeque sonoribus aures;
Creber spiritus, aut ingens, raroque coortus;

Digitized by Google

Sudorisque madens per collum splendidus humor,
Tenuia sputa, minuta, croci contincta colore,
Salsaque, per fauces raucas vix edita tussi.
In manibus vero nervi trahier, tremere artus,
A pedibusque minutatim succedere frigus
Non dubitabat. item ad supremum denique tempus
Compressae nares, nasi primoris acumen
Tenue, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis,
Duraque, inhorrebat rictum, frons tenta tumebat.
Nec nimio rigida post strati morte iacebant.
Octavoque fere candenti lumine solis
Aut etiam nona reddebant lampade vitam.
Quorum si quis (ut est) vitarat funera leti,
Ulceribus taetris, et nigra proluvie alvi
Posterius tamen hunc tabes letumque manebat,
Aut etiam multus capitis cum saepe dolore
Corruptus sanguis plenis ex naribus ibat.
Huc hominis totae vires corpusque fluebat.
Profluvium porro qui taetri sanguinis acre
Exierat, tamen in nervos huic morbus et artus
Ibat, et in partis genitalis corporis ipsas.
Et graviter partim metuentes limina leti
Vivebant ferro privati parte virili:
Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant
In vita tamen, et perdebant lumina partim:
Usque adeo mortis metus his incesserat acer.
Atque etiam quosdam cepere oblivia rerum
Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.
Multaque humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum

Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem:
Aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.
Nec tamen omnino temere illis solibus ulla
Comparebat avis: nec noctibus saecla ferarum
Exibant silvis: languebant pleraque morbo,
Et moriebantur: cum primis fida canum vis
Strata viis animam ponebat in omnibus aegram:
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
Incomitata rapi certabant funera vasta:
Nec ratio remedi communis certa dabatur.
Nam quod aliis dederat vitalis aëris aura,
Volvere in ore licere, et coeli templa tueri:
Hoc aliis erat exitio, letumque parabat.
Illud in his rebus miserandum et magnopere unum
Aerumnabile erat, quod, ubi se quisque videbat
Implicitum morbo, morti damnatus ut esset,
Deficiens animo moesto cum corde iacebat,
Funera respectans, animam et mittebat ibidem.
Idque vel inprimis cumulabat funera funus:
Quippe etenim nullis cessabant tempore apinci
Ex aliis alios avidi contagia morbi:
Nam quicunque suos fugitabant visere ad aegros,
Vitai nimium cupidi, mortisque timentes,
Poenibat paulo post turpi morte malaque
Desertos, opis experteis, incuria nactus,
Lanigeras tanquam pecudes, et bucera saecla.
Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant,
Atque labore, pudor quem tum cogebat obire,
Blandaque lassorum vox mista voce querelae.
Optimus hoc leti genus ergo quisque subibat:
Inque aliis alium populum sepelire suorum
Certantes, lacrimis lassi luctuque redibant.
Inde bonam partem in lectum moerore dabantur:

Digitized by Google

Nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Praeterea, iam pastor, et armentarius omnis,
Et robustus item curvi moderator aratri,
Languebant, penitusque casis contrusa iacebant
Corpora, paupertate et morbo dedita morti.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses, retroque videre,
Matribus et patribus natos super edere vitam.
Nec minimum partim ex agris aegroris in urbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conveniens ex omni morbida parti.
Omnia complebant loca tectaque, quo magis eo tum
Confertos ita acervatim mors accumulabat.
Multa siti prostrata viam per, proque voluta
Corpora silanos ad aquarum strata iacebant,
Intercluso anima nimia ab dulcedine aquai.
Multaque per populi passim loca promta viasque
Languida semianimo tum corpore membra videres,
Horrida paedore, et pannis cooperta perire
Corporis inluvie: pellis super ossibus una,
Ulceribus taetris prope iam sordique sepulta.
Omnia denique sancta deum delubra replerat
Corporibus mors exanimis, onerataque passim
Cuncta cadaveribus caelestûm templa manebant,
Hospitibus loca quae compleraut aedituentes.
Nec iam religio divum, nec numina magni
Pendebantur enim: praesens dolor exsuperabat.
Nec mos ille sepulturae remanebat in urbe,
Ut prius hic populus semper consuerat humari.

Digitized by Google

Perturbatus enim totus trepidabat, et unus
Quisque suum pro re consortem moestus humabat.
Multaque vis subita, et paupertas horrida suasit.
Namque suos consanguineos aliena rogorum
Insuper exstructa ingenti clamore locabant,
Subdebantque faces, multo cum sanguine saepe
Rixantes potius, quam corpora desererentur.

VARIAE LECTIONES

EX ED. I. SIPONTINA.

LIBRO I.

v. 5. Lumina) MSS. *lumine*: frustra. — v. 7. Adventumque tuum) Bodl. Gryph. Nard. *adventuque tuo*. Turneb. *ad ventumque*: curiose nimis, iudice Creech. Hic enim *Te adventumque tuum*, ut *Te tuumque initum* v. 12 et 13. — v. 9. Placatumque) Alii *pacatumque*; minus bene. — *Ibid.* Lumine) Pius *numine*. — v. 10. Patefacta) Bodl. *calefacta*. — v. 11. Genitalis) Al. *genitabilis*. Sed non tanti est. — v. 13. Initum) Al. *initium*. Bodl. *nutum*: unde aliqui male *nuntium*, pro *Zephyro*. — *Ibid.* Percussae) Al. *perculsae*. — v. 16. Hunc versum non agnoscunt plurimi MSS. et impressi Codd. sed inseruit Marullus e vet. Cod. Recte: est enim Lucretio dignissimus; et si deleatur, turbata subito essent omnia, et obscura. — v. 17. Quo quamque) Bodl. et al. *quocunque*. — v. 28. Ornatum) Vet. Gronov. Cod. *ora latum*. Salmas. con. *altatum*, pro *exaltato* et *excelso*. At vox *altata*, licet Apollinari Sidonio aliisque sequioris aetatis nota fuit, vix tamen forsan erat Lucretiani aevi. — v. 30. Effice (Tan. Faber *et face*. — v. 35. Reiicit) Bodl. et Gif. *reficit*, quasi *recreat*, minus eleganter. — *Ibid.* Devinctus) Al. *devictus*. Sane metaphora paulo durior est in vulg. — v. 36. Suspiciens) Al. *suspirans*. Sed placet *suspiciens*. Vox enim ista bellae huic imagini optime convenit. — v. 44. Post hunc versum Bodl. inserit vers. 57 et quinque sequentes, quos tamen quidam vett. Codd.

Digitized by Google

non recipiunt. Et sane abesse possunt: infra autem loco magis apto leguntur. — v. 45. Memmiada) Gif. *Memmius*, frustra. — v. 47. Nec mea) Ita Creech. Vulg. *ne mea*. — v. 49. Ratione) Al. *regione*. Male: non enim de coeli ac deorum regione, sed natura poëta disputat. — v. 67. Gratus) Pius *gnarus*: et mox *immortales* pro *mortales*. — *Ibid.* Tollere) Non. *tendere*, quam lect. sequitur Lambin. At *tollere* omnes et impressi et MSS. Codd. probant. — v. 78. Quanam) Fragm. Gottorp. Pius, Gryph. Nard. *quantum*. — *Ibid.* Atque) Gif. et Cout. *utque*. Mox pro *haerens* idem Gif. *haereat*. — v. 80. Obteritur) Al. *exteritur*. — v. 91. Celare) Gif. *celebrare*. Al. *celerare*, i. e. expedire: quae lectio probanda est; haud timeret enim Iphigenia, quod ministros ferrum *celare* sensisset. — v. 104. Desciscere) Gassend. et al. *desistere*. — v. 105. Iam fingere) Gif. ex vet. libr. *me fingere*. Hinc alii coniiciunt leg. *ex me fingere*, alii *confingere*. — *Ibid.* Possum) Al. *possunt*, int. vates. — v. 108. Nam si) Bodl. *iam si*. — v. 115. Diremta) Creech coni. *peremta*. — v. 120. Hominum) Quidam libb. *omnium*, i. e. inter omnes. — v. 123. Permanent) Alii MSS. *permaneant*, alii *perveniant*. — v. 126. Et fundere) Al. *effundere*. — v. 130. Genantur) Al. *gerantur*; male. — v. 137. Animi) Bodl. Gif. al. *animus*. — v. 141. Sperata voluptas) Bodl. Gryph. Nard. *spectata voluntas*. — v. 142. Perferre) Bodl. Gif. al. *efferre*. — v. 143. Serenas) Creech. mallet *severas*, quia vox ista laborem poëtae fortius et felicius exprimat. v. IV, 462. — v. 152. Ita) Bodl. *ut*. — v. 158. Et unde) Gif. Lectt. Voss. *ut unde*. — v. 168. Corpora) Gassend. *Semina*. — v. 170. Quidque creatur) Bodl. Gif. al. *quaeque creantur*. — v. 174. Certis) Creech. libentius legerit *cunctis*, quo versus superiores inducunt. — v. 175. Praeterea) Gif. *propter ea*. — v. 176. Viteis) Cod. Flor. *uvas*. — *Ibid.* Sudante) Gryph. Lamb. et alii ex MSS. *suadente*, h. e. impellente. Salmas. *sua dante*. Scil. ver *sua dat*, cum det rosas, calor frumenta etc. Sed et vulg. *sudante*, h. e.

humido et udo; s. sudores eliciente, ferri potest. — v. 177. Suo quia tempore) Codd. Voss. *suoque in tempore*. — v. 180. Oras) *Auras* maruit Faber. — v. 191. Crescendoque) Gryph. *crescentesque*, sc. res. — v. 201. Pontum per vada) Salmas. legit *poatu*, i. e. πόντου, improbante Fabro. — v. 210. Reddere) Gif. et Par. coni. *reddier*. Lamb. *reddi*. Sed veterem, quam omnes libri assignant, sedem possideat *reddere*. — v. 216. Quidque) Gif. Par. al. *quaeque*. — v. 220. Enim) Gif. *ei*, sc. naturae: quam lect. tuetur Pareus: Lamb. Faber, aliique reiiciunt. — v. 222. At nunc) Gif. Par. al. omnesque MSS. *quod nunc*, i. e. nunc autem. — *Ibid.* Constant) Gif. *constat*. — v. 223. Obiit) Ita vett. MSS. Sed Par. Nard. al. *obeat*. — v. 228. Generatim) Gif. et quidam MSS. teste Lamb. *generatum*. — v. 233. Debet) Gif. et Par. *debeat*. — v. 237. Praedita) MSS. *reddita*. — v. 241. Nexas endopedite) Gassend. Gif. Par. Haf. cum vett. Codd. *nexus endopedita*. Nard. *nexu endopedito*. Creech. *nexus endopeditos*. Eligat lector. — v. 242. Tactus.) Al. *tractus*. — *Ibid.* Satis esset causa) Tale latinitatis exemplum cum vix alibi reperiatur, quidam existimant legendum, *omnibus esset causa*. — v. 243. Eorum) Sic e duobus MSS. reposuit Lamb. consentiente Bodl. Sed Gif. Par. Nard. al. tuentur *quorum*, quod in al. MSS. et edd. legitur. — v. 244. Quaeque) Codd. Flor. *quenquam*. — v. 247. Res corpore) Gassend. *in corpore*. — v. 256. Pueris) Bodl. Coll. Heins. *puerâm*. — v. 262. Percussa) Al. MSS. et edd. *percussa*. — v. 265. Adiutam) Bodl. Gif. Par. Nard. *adiuta*. — v. 266. Age res) Gif. Nard. al. legunt *agesis*, i. e. age si vis. — *Ibid.* Quoniam) Gif. *quando*: et mox *nil posse* pro *non posse*. — v. 267. Item genitas) Gif. *res genitas*. Al. *genita ad Nihilum*: perinde. — v. 270. Praeterea) Faber *propterea*. — v. 272. Incita) Alii *insita*, male. — *Ibid.* Pontum) Quidam MSS. *portus*, eamque vocem Gif. Par. aliique acriter defendunt, non assentiente Creech. Salmasius legit *porcus*. *Porca* enim τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων dicitur ab auctore vett. Glossa-

[illegible], translationem facta ab ignis. Inter duas enim [illegible] cos [illegible] terra, dicitur *[illegible]*. — v. 276. Sternit) quidam Codd. *[illegible]* — v. 277. Pontus) Leg. [illegible] *[illegible]*, ut optime Faber, qui istam vocem e v. 282 ejectam suo restituit loco. *Pontus* enim hic nihili est. — v. 280. Verrunt) Gassend. *vertunt* — v. 282. At cum) Al. *[illegible]* — v. 287. Turbidus) Al. *turgidus* [illegible] — v. 286. Incurrent) Al. *incurrit*: frustra. — v. 289. Ruit qua quidquid) Gif. *quidquam*. Faber [illegible] *[illegible]* *saxa*; quod paulo frigidius videbatur Creech. qui [illegible] *[illegible]* — v. 292. Veluti validum [illegible] procumbere) [illegible]. Pueri [illegible] *flumina [illegible]*. — v. 295. Rapidoque rotantia) Al. *rapidique rotantia* Gif. e vet. Cod. *rapidique rotanti*. [illegible] — v. 297. Moribus) Ita plurimi vett. Codd. Quidam autem MSS. et impressi, *motibus*. — v. 300. Tum porro) Gif. *[illegible] porro*. — v. 305. Fluctifragis) Non *fluctifraga*. — v. 307. Dispansae) Aliqui libb. *condensae*. Alii *dispessae*, ex A. Gell. lib. XV, 16. At *dispensae* agnoscit Non. Lambinus autem hos duos versus ita legendos censet:

Deinque fluctifrago dispessae in litore ventos.

Evecticunt, eaedem candentes in Sole [illegible].

v. 312. Quin etiam multis Solis etc.) Marullus *[illegible]*. Faber *multis olim*. — v. 318. Dextrae) Gif. in marg. *[illegible]*, forsan pro *[illegible]*, prominentes. — v. 319. Versum hunc non agnoscit Bodl. — v. 320. Sunt) Gif. ex conjectura *sunt*, ut et *praecludit* pro *[illegible]*. — v. 323. — v. 328. Quoque — possit) Gif. *quaeque [illegible] possit*. — v. 332. Cognosse) Bodl. *[illegible]*; et v. 334 in pro [illegible]. — v. 337. Corporis) Gif. Par. al. *corporum*, contra Codd. fidem. — *Ibid.* Exstat) Fragm. Gottingae. Gassend. *estat*. MSS. Voss. *est*, ut — v. 338. Adaequet) Par. *[illegible]*. — 344. Privata carentem) Turneb. aliquando legit *privata carenti*; aliquando *privata* [illegible]. Frustra; ut et Gassend. qui v. 346 pro [illegible] legit *[illegible]*. — v. 350. Fient) Bodl. *fiunt*. — v. 351. Totas aequaret) Al. *totumque* [illegible], Al. [illegible] — v. 352. Fieri)

Digitized by Google

Al. *quae icent*. — *Ibid.* Videres) Al. *valeret*. — v. 362. Corporis) Bodl. *corporum*, ut et v. 363. et 367. — v. 368. Dedicat) Al. *indicat*. Al. *deliquat*, ut v. 423. et lib. III, 209. Al. *delicat*. Sed *dedicat* amat Faber; *de* enim confirmat, ut *demiror* etc. — v. 369. Nimirum id) Nardius et al. non agnoscunt *id*. At retinendum arbitratur Creech. — v. 381. Quo) Gif. *qui*, v. 379 immemor. — v. 385. Concursu) Vett. Codd. Gif. al. *concurso*. — v. 387. Fuyat) Gif. Par. Nard. al. *fiat*. Fragm. Gottorp. al. *flat*. Quidam Codd. Pii *flabit*. (Barb. *Fuerat*.) — v. 389. Celerantibus) Aliqui *densantibus*: nullo plane sensu. — v. 390. Complere) Al. *compleri*. Perinde est. — *Ibid.* Primum quemque) Voss. Hav. *privum quisque*. — v. 402. Conradere) Non audiendi sunt, qui *contradere* reponunt. — v. 407. Certa) Bodl. *prima*. — v. 413. Lambinus e MSS. legit: *Usque adeo largos, haustos de fontibus, amnes*. — v. 421. Consistit rebus) Al. *constitit in rebus*. Imperite. — *Ibid.* Nam) Gassend. *quae*. — v. 426. Animi) Nard. et al. *animos*: quo sensu, ipsi viderint. — v. 431. Possis dicere) Al. *dici possit*: al. *possit dicier*. Eligat lector. — v. 433. Quod quasi tertia sit rerum natura reperta) Pro *rerum* Lamb. Gif. al. legunt *numero*. Totum vero hunc versum reiicit Faber, et existimat illum ex conclusione s. orationis clausula petitum, et huc translatum fuisse. Creech. coni. leg. *quae quasi tertia*, cum MS. Bodl. aliique agnoscant *quo quasi*. — v. 434. Esse aliquid) Al. *esse aliud*: in cuius insanae lectionis interpretatione Lamb. multa verba perdidit. — v. 437. Corporum) Imperiti librarii, offensi quod litera *M* non eliditur, varia commenti sunt. Al. scribunt *corporeum*. Al. *corporis*. Al. *corporum adaugebit*. Frustra. Litera enim *M* apud Ennium et Lucretium saepissime non eliditur. — v. 466. Cum) Nard. et vett. quidam Codd. *ut*. Lamb. *qui*. — v. 467. Ne forte) Quidam Codd. *ne contra*, quod placet Lamb. — *Ibid.* Esse fateri) Gif. marg. Nard. al. *forte fateri*. Heins. *contra fateri*. Al. *cuncta fateri*. — v. 468. Ea) Gif. et alii *et*. — v. 469. Post hunc ver-

Digitized by Google

sum Creech. excellisse putat versus, qui solutionem sophismatis continerent. — v. 470. Rebus) Gif. Nard. al. *terris*. — v. 473. Gerantur) Lamb. *genantur*, contra omnes Codd. et absurde, ut patet ex v. 479. — v. 477. Troianis) Al. *Troiai*. Sed omnes Codd. praeter Bodl. *Troiaeis*. — v. 483. Gerantur) Al. *genantur*. Al. *regantur*: utrumque vitiose. — v. 487. Vincunt ea corpore dbnum) Quidam Codd. *evincunt ea corpore damnum*. — v. 488. Et si) Lamb. Par. al. *etsi*. — *Ibid.* Credere) Nard. *forsitan*. Et quidam Codd. *fors ita* exhibent; monetque Lamb. si ista lectio admittatur, *ita* debere attribui *solida*. — v. 491. Clamor ut, ac voces) Quidam Codd. *clamor item ac voces*. Nard. vero, *clamor ut it vocis*. — v. 492. Fero) Preig. *fere*. — *Ibid.* Ferventia) Lamb. Gif. Par. al. *fervenli*. — v. 494. Glacies aeris) Gryph. Nard. al. *glacies acri*. Sed inter aurum, argentum, reliquaque metalla *glaciei* quis locus? — v. 518. Rerum) Quidam MSS. et edd. habent *tectum*. — v. 522 Caeca) Lamb. Gif. Par. al. *certa*. Rectius: ut et v. 527. — v. 528. Pleno) Fragm. Gottorp. Coll. Heins. *poena*; unde Voss, leg. coni. *Quae spatium poena possint distinguere Inanis*, i. e. efficiendo ne sit inane. Sed vulg. rectius, ut liquet e v. 526. — v. 537. Et quam) Omnes Codd. *et quo*. Lamb. tamen multis aliis exemplis monitus, *et quam* edidit. — v. 538. His rebus) Faber *ictibus haec*. Ingeniose quidem: at quis non videt *his rebus* aptissime respondere istis verbis v. 536. *quibus omnia conficiuntur*? — v. 543. Nihilöque renata) Bodl. Nard. vitiose *quaesita*. Gif. Par. al. *nihilo quoque nata*. Gassend. *reducta*. — v. 556. Florem) Gassend. Lamb. al. *finem*. At *finem* vel prorsus enervat argumentum, vel saltem infirmius reddit et obscurius. — v. 558. Longa diei infinitae aetas) Faber legit *longa dies*, *et infinita aetas*, et hanc emendationem huius libri v. 234 egregie confirmat. — v. 561. Id nunquam reliquo) Libri vett. *nunquam relliquo*. — v. 569. Qua vi cunque genantur) Quidam MSS. et edd. *qua ci quaeque gerantur*, quod placet Gif. et Par. Sed Lamb.

Digitized by Google

tuetur *genantur*. Totum vero hunc versum, tanquam importunum, amovendum censet Creech. — v. 573. Omnis) Gassend. *omni*, probante Creech. — v. 579. Tuendi) Quidam libri *tenendi*. — v. 582. Quin) Al. *quando*, non probante Creech. — v. 584. Generaleis) Quidam legi volunt *genitaleis*. — *Ibid.* Corpori inesse) Gif. al. *corpore esse*. — v. 590. Haereat) Gif. Par. *haerens*. — v. 592. Victum) Sic Codd. At *vultum* mallet Creech. — v. 593. Quoniam extremum cuiusque cacumen Corporis est aliquod etc.) Alii legunt, *quoniam est extremum quodque cacumen Corporis illius quod nostri* etc. — v. 598. Alterius quoniam est ipsum pars etc.) Al. *alterius quoniam est ipsum: primae quoque et imae*. — v. 600. Agmine) Al. *augmine*. — v. 602. Ut nequeant ulla) Ita recte coni. Lamb. neque sunt audiendi, qui scribunt *unde queant nulla*. — v. 605. Ullorum) Preig. *illarum*. — v. 607. Iam.) Gif. al. *quid*. — v. 611. Pars) Preig. *par*. — v. 613. Escit) Al. *esset*. — v. 618. Credere posse animum, victus) Gryph. Nard. al. *credere posse animi, victus*. — v. 622. Denique ni) Ita sententia ipsa postulante edidit Lambinus. At Gif. Par. Nard. al. *denique si*, reclamante v. 625. — v. 625. Quae multis) Sic recte Lamb. contra omnes libb. MSS. *quae nullis*: cui lectioni ipse Lucretius, et sensus communis repugnat. Al. *quae ullis*. — v. 628. Geruntur) Lamb. Gassend. *genuntur*, eamque lectionem contra Gifanii et Parei strepitus v. 626. probe defendit et tuetur. — v. 629. Hic versus cum sex sequentibus abest a Bodl. — v. 630. Tempore quaedam) Pro *tempore* Fayus legit *corpore*; et pro *quaedam* alii *quaeque*: utrumque imperite. — v. 641. Quamde graveis inter Graios) Pius *quam gravior Graios inter*. Nard. vero *quam Graiis inter Graios*. Frustra. — v. 643. Inversis) Gassend. *immersis*. — v. 647. Ex vero) Lamb. *ex uno*. — *Ibid.* Puroque) Fragm. Gottorp. *vereque*. — v. 650. Super) Ita Codd. Sed alii legunt *suus*, et ista vox non incommode respicit *partes* in v. 649. — v. 652. Disque supatis) Lamb. *disque paratis*. — v. 656. Atque

Digitized by Google

hi si) Aliqui legunt *id quoque si*. — v. 658. Massarent) Ita recte Lamb. Alii *multi*: al. *esse*: al. *inesse*. Male. — v. 663. Raptim) Al. *raptis*, i. e. constipatis. Al. *natum*. Al. *raptum*. Sed *raptim* sequenti versui magis convenit. — v. 667. Stingui) Pius *stringi*. Imperite. — *Ibid.* Mutareque) Al. *massareque*, i. e. solidare et constringere. At *mutare* confirmatur v. 671. — v. 668. Reparcent) Pius *reportent*. Al. *receptent*. — v. 681. Abire, atque alia) Alii legunt *adire*, *atque alio*. — v. 683. Si tanten) Ita Lamb. ex quibusdam Codd. Alii Codd. *si tantum*: unde alii *si tandem*. — v. 684. Omnimodis) Quidam amant *omnimodus*. Al. *unimodus*. — *Ibid.* Crearent) Gif. Par. Nard. al. *crearet*. — v. 692. Rem veram) Faber *naturam*: improbante Creech. — v. 701. Quo) Codd. Vers. Gif. Par. *qui*. — v. 712. Longeque errasse) Quidam Codd. *longe deerrasse*, quod arridet Lamb. et Creech. — v. 720. Ionium glaucis aspergit virus ab undis) Quidam legunt: *Ionio, et Lybicis aspergit virus ab undis*. Al. *litus ab undis*. Sed optimi Codd. habent *virus*. — v. 722. Italiae terrai) Ita Lamb. MSS. *terrarum*. Pro *Italiae* vero quidam e MSS. legit *Aeoliae*. Fragm. G. *Haeliae*. — v. 725. Eruptos) Codd. antiqui *eructos*, pro *eructatos*. — v. 726. Rursum) Al. *sursum*. — v. 731. Carumque) Al. *clarumque*, probatque Faber; quasi Lucretius dixisset, Nil habuit *praeclarius*, *et magis clarum*. — v. 743. Quod) Gif. Par. *quo*. — v. 746. Corpus) *Corpore* mallet Creech. — v. 752. Quod) Gif. Nard. al. *quae*. — v. 753. Minimum consistere) Lamb. *minimum in consistere*. — v. 754. Quod iam) Gif. Par. Nard. al. *queniam*. — v. 756. Atqui) Preig. *utque*. — v. 758. Virescere) Lamb. Gif. Nard. al. *vigescere*, probante Creech. — v. 762. Coorta) MSS. et edd. quaedam *coacta*. Rectius. — v. 774. Quid) Gif. Par. Nard. al. *cum*. — v. 777. Atque ardor) Ita Lamb. non dubiis coniecturis ductus. Al. *et quodam*. — v. 787. Mutare, meare) Quidam libri *mutando meare*. — v. 788. Sidera mundi) Quidam Codd. *sidera coeli*. Mutatur nempe hic versus ab iis, qui *mundum* pro

Digitized by Google

coelo saepissime poni ignorarunt. — v. 802. Rebus mutarier) Faber non absurde legit *rebus res vertier*. — v. 806. Vacillant) Quidam legunt *focillat*, quae vox Lucretii sententiae optime convenit. — v. 808. Non possunt) Gif. e Codd. *ne possint*. — v. 810. Corpore) Bodl. *tempore*. Sed quidam Codd. Pii *robore*. — v. 841. Ignicus ex ignem) Quidam scribunt:

Sic ignem inter se parvis coëuntibu' nasci
Ignibus, exiguis humorem humoribus esse.

v. 852. Sub dentibus) Al. *sub coetibus*. Quidam lib. *subeuntibus*. Muret. *sub motibus*. At *dentibus* aptius convenit *oppressu valido* in versu praecedenti. — v. 853. Sanguen? an ossa?) Gif. *sanguisne, anne os*. Nard. *sanguis an? anne os?* Codd. *sanguinis ad nos: sanguinis onos: sanguis ὁμοίως*. Aliqui legunt *sanguis, an ossum*. Creech. *sanguis an? os an?* — v. 856. Victa) Bodl. *cuncta*. — v. 861. Hunc versum multi Codd. non agnoscunt, quod librariorum negligentiae imputandum est; illum enim sibi vindicat Lucretius. — v. 862. Sive) *Sine* pro *sin* Voss. ex Codd. suis. — v. 867. Venisque) Al. legunt *sanieque*. At quis non videt ex v. 860 *venisque* retinendum? — v. 873. Post hunc versum inserit Lambinus:

Ex alienigenis quae lignis exoriuntur:

et castigat Gifanium, qui delendum esse censuit. At dum deleatur iste versus, irascatur Lambinus. *Creech.* — v. 880. Minutas) MSS. Preig. *minaci*. Bodl. Nard. *minacis*. — v. 883. Hunc versum eiiciendum esse monet Faber, quoniam nihil in eo sit, quod in priori versu *Robore cum saxi etc.* non legatur. Probat Creech. — v. 885. Et laticis) Lamb. e Codd. *latices*. — v. 886. Quali sunt ubera) Al. *quales sunt ubere*. — v. 899. Donec fulserunt flammae fulgore coorto) Al. *donec flammai fulserunt igne coorto*. Al. e vett. Codd. longe melius: *donec fulserunt flammai flore coorto*. — v. 903. Tanta) Quidam MSS. *facta*. — v. 908. Contineantur) Al. *coniungantur*. Bodl. al. *contingantur*; unde *contignantur*. — v. 918.

Digitized by Google

Tremulo) In Cod. rev. vetustatis Pii scribitur *temulo*. — v. 931. Pergo) Aliqui Codd. *porgo*, i. e. porro ago; illaque voce usus est Ennius. — v. 941. Tali facto) Lamb. (ex voce *continguntur* in v. 937.) *tali tacto*, quod displicet Creech. — v. 943. Retroque) Ita rectius, quam *ideoque*, quod Codd. nonnulli exhibent. — v. 949. Qua constet comta) Al. pro *comta* legunt *cuncta*. Al. *qua constent cuncta*. — 952. Summai ecquaenam) Bodl. Nard. Voss. *summa audi quaenam*. Par. Fay. *summai quaenam*. MS. Voss. *summa quaedam*. — v. 953. Necne sit, evolvamus) Gif. Par. *nec sit*. Bodl. *nec si te volvamus*. Nard. *haec sic volvamus*. — v. 956. Pateat vel ad usque) Nardius *patefiat ad usque*. Sed Lamb. Par. aliique *pateat vastegue*, probante Creech. — v. 958. Namque) Lamb. *nam qua*, quod non placebat Creech. — *Ibid.* Debebat) Faber *debebit*. — v. 960. Ultra sit) Creech. cum Lamb. e vers. 962 reponit *extra sit*. — v. 961. Quo) Quidam legunt *quoad*, i. e. ultra quod. — v. 964. Assistas) Fay. *absistas*. — v. 967. Si iam finitum) MSS. Lamb. Preig. *Sic iam finitum*. — v. 968. Procurrat) Ita Codd. optimi. Al. *percurrat*. — v. 970. Id validis) Gassend. et al. *invalidis*, pro *valide validis*. Sed vulg. recte habet. — v. 971. Quo) Gryph. Nard. *quod*. Abest hic versus a Bodl. — v. 976. Officiatque) Fragm. Gottorp. Coll. Heins. Codd. Voss. *efficiatque*. — v. 978. Non est ea finis profecto) Ita optime Lamb. Al. *non est a fine profectum*. — v. 984. Si inclusum certis consisteret) Gassend. *conclusum certis si insisteret*. — v. 987. Geni) Omnes Codd. vett. *geri*, ut et *geruntur* v. 994. eamque lectionem Gif. Par. Nard. al. tuentur. At contra omnes libros admittenda est vox, quae Lucretium sapit, et ad argumentum apprime facit. *Creech.* — v. 995. Aeternaque) *Infernaque* Bodl. et alii Codd. nullo sensu. — v. 1002. Flumina) Aliqui libri, ut et Nard. *fulmina*: quam vocem Faber amplectitur; sed improbant Lamb. et Gif. — v. 1003. Possint) MS. et Gif. *possunt*. — v. 1004. Ire, meando) Aliqui, ut monet Gif. *in remeando*. — v 1011 et 1012. De his duobus versibus

Digitized by Google

varia Critici, quae v. apud Creech. ad h. l. Meliorem lectionem ex MSS. protulit Creech. legendo:

Aut etiam, alterutrum nisi terminat alterum eorum,
Simplice natura pateat tamen immoderatum.

v. 1016. Dispulsa) Cout. *dissipata.* — *Ibid.* De coetu) Bodl. *detectum:* unde *detectu* coni. Creech. qui tamen alteram lectionem *de coetu*, vel *coitu* praefert. — v. 1021. Ordine se quaeque etc.) Quidam libri *ordine se suo quaeque.* Marul. *ordine quaeque suo.* Gif. *ordine se suo.* Aliquando etiam Lamb. legit, *se ordine suo quaeque.* Bodl. *ordine seque suo.* Al. *se ordine quaeque suo.* — v. 1022. Hunc versum non agnoscit Bodl. — v. 1023. Sed) Gass. *quae.* — *Ibid.* Multimodis) Gif. Par. al. *multa modis.* — *Ibid.* Mutata) Quidam Codd. *motata.* — v. 1024. Vexantur) Quidam vett. *versantur.* — v. 1027. Rebus) Faber *rerum*, probante Creech. — v. 1028. Servata) Cout. *formata.* — v. 1036. Tempore quoque) Gif. al. *tempore quaeque.* Nard. *corpore quaeque.* Al. *corpora quaeque.* — v. 1040. Recta regione) Codd. Voss. Bodl. Nard. *aliqua ratione.* Gif. Par. e vett. libr. *aliqua regione.* — v. 1041. Possent) Gif. Par. e vett. libr. *possunt.* — *Ibid.* Extrinsecus) *intrinsecus* Gif. et Par. imperite, ut patet ex v. 1054. — v. 1043. Partemque) Gif. *partimque*, probante Fabro. At *partem* melius respondet τῷ *aliae*, et τῷ *summa.* — v. 1058. In terraque) Gif. Par. al. *in terramque*, eodem sensu. — v. 1059. Videmus) Gassend. *vocamus.* — v. 1060. Subtu'.) Ita optime reposuit Lamb. pro *supra*, s. *cuncta*, s. *suapte*, ut est in plerisque MSS. et edd. Salmas. coni. *suppa.* i. e. *supina*, addicente MS. Voss. — v. 1062. Recidere) Al. *decidere*, quam vocem etiam Lamb. admittit. Male, iudice Creech. — v. 1066. Partibus) Bodl. *paribus.* — *Ibid.* Diesque) Gif. Par. al. *diebus*, adstipulantibus quibusdam MSS. Sed istis sapientior Lamb. qui legit *diesque.* — v. 1075. Aequis) Lamb. Gif. Par. al. *aeque*, probante Creech. — *Ibid.* Motus) Alii legunt *motis:* al. *mota.* Gif. et Par. *mota.* Eligat lector. — v. 1081. Victae) Creech. coni. *vin-*

Digitized by Google

ctae. — v. 1082. Quoque iam) Omnes praeter Lamb. *quoniam*, nullo plane sensu. — v. 1083. Terrarum atque liquorum) MSS. *liquoris:* unde Gif. post Lamb. coniicit legend. *terrai atque liquoris.* — v. 1085. Hic versus abest a Bodl. — v. 1090. Ibi colligat igneis) Aliqui libb. *sibi colligat omnis.* — v. 1091. Hic versus non legitur in Bodl. — v. 1093. Cuique cibatum) Lamb. *quisque cibetur*, reiecto vers. sq. Gif. ex vet. Cod. *quodque cibetur*, monetque, versum proximum insertum esse: quem tamen Creech. recipiendum putat, ut aliquis saltem sit huius loci sensus, cur per se satis obscuro longissimum ὑπέρβατον maiores tenebras offundit. — v. 1097. Sequantur) Gryph. Nard. al. *ferantur.* — v. 1098. Tonitralia) Ita recte Lamb. dum Bodl. Nard. aliique retinent *penitralia.* — v. 1100. Permistas terrae) Al. *rerum.* Gif. *mixtas terrarum.* — v. 1102. Exstet) Bodl. *restet.* — v. 1104. Quacunque — corpora cêsse) Bodl. *quaecunque — corpore deesse.* Al. *corpora deesse.* Vulg. debetur Lamb. — v. 1107. Perfunctus) Gif. Par. Nard. al. *perductus.* — v. 1110. Accendent) Male Gif. et Par. *uccendunt.* Poëta enim tendit ad ea, quae in libris sqq. praesertim secundo, scripturus est.

LIBRO II.

v. 6. Tua) Alii, inter quos Gassend. approbant *tui.* — v. 7. Dulcius) Gassend. *suavius*, probante Creech. — v. 12. Praestante) Gassend. *constante.* — v. 16. Degitur) Non. Lamb. Fab. *degimus.* — *Ibid.* Videre) Bodl. Gryph. Nard. al. *videtis.* Sed MSS. optimi *videre*, cui *est* frustra a quibusdam adiungitur. —. v. 17. Nisi ut, cum) Fay. contra omnes Codd. *nisi utque*, et sequenti versu *mensque.* Al. approbant *utqui:* al. *ut, cui:* et pro *semota* legunt *semotu'*; forsan rectius. — v. 21. Quemque) Alii *cunque*, assentiente Creech. — v. 22. Multas) Lamb. Gif. Par. al. *nullas*, et hanc lect. ipse Faber amplectitur. Sed *multas* retinendum bene iudicat Creech. vers. 31 ad-

Digitized by Google

monitus. — v. 27. Auroque) Preig. *ostroque*. — v. 28. Templa) Macrob. Lamb. *tecta*. — v. 29. Attamen) Al. *tum tamen:* al. *cum tamen:* al. *quin tamen*; quae vox a Macrobio probatur. — v. 41 et 42. Fervere cum videas etc.) Alii praeferunt:

Fervere cum videas classem, lateque vagari,
Ornatamque armis belli simulacra ciere.

v. 43. Timefactae) Al. *tumefacto*. Creech. mallet *tumefactae*, i. e. superbae. Faber *pavefactae*; et mox *pavidi*. — v. 45. Pectus) MSS. Lamb. Gif. al. *tempus*. — v. 49. Rerumque potentes) Quidam Codd. Pii *regumque potentes*. — v. 52. Quin omne sit hoc) Al. *quin omnis sit haec*, quod non probatur Creechio; multoque minus *potestas* pro *egestas*, quod quidam Codd. agnoscunt. — v. 63. Quaeve) Gif. e vet. lib. *quaeveque*. — v. 71. Cuique) Al. *cunque*. Non tanti est. — v. 72. Augmine) Al. *agmine*, improbante Creech. — v. 78. Hunc versum loco suo movet Faber, et versui 75 subiungit. — v. 84. Aut ictu forte) Codd. Pii Lamb. *aut ictu auferri*. Et in quibusdam Codd.

— — — *nam concita saepe*
Obvia conflixere ita uti diversa repente.

quam lectionem tanquam probabilem amplectitur Lamb. Male; nam gravia semina deorsum tendunt, ideoque consideranda sunt tanquam *superne obvia*. — v. 85. Cum flixere) Sic lib. VI. *pulsareque* flictu *ferrea texta suo*. Nard. *cum fluxere*. Bodl. *confluxere*. — v. 87. Ponderibus) Gassend. *corporibus*. — *Ibid.* A tergis) Gif. Nard. al. *a tergibus*. Voss. *a tergo ibus*. Quidam *tergoribus stet*. — v. 94. Nulla) MSS. *multa*. Voss. *invita*. — v. 97. Conflicta) Lamb. *contusa*. Gif. *consulta*. MSS. *confulta*, quod probat Faber, repugnante v. 105. Vulg. *conflicta* amplectitur Creech. — v. 98. Nexantur) Quidam Codd. *vexantur*. Sed vulg. confirmatur v. 100. — v. 99. Condenso) Priscian. et quidam Codd. *contenso*. — v. 100. Connexa) Al. *convecta*. Al. *coniecta*. — v. 105. Et cita) Gif. Nard. al. *cetera:* inepte. Quidam *citaque*. —

Digitized by Google

v. 111. Memore) Vett. quidam *memorabo*. — v. 114. Insertim) Quidam Codd. *inserti*, et mox *radii*: quae lectio videtur posse aliquo modo confirmari e Serv. ad Virg. Ecl. 6. — v. 120. Coniicere) Bodl. *corripere*. Sed nihil mutandum. — v. 121. *Quale*) Voss. *quidve*. perperam. — v. 130. Denique) Alii praeferunt *undique*. — v. 131. Scilicet hic a) Quidam *scilicet hic et*, quos neglige. Alii legunt *hinc*. — v. 136. Ipsaque) Frustra in quibusdam Codd. legitur *ictaque*. — v. 151. Quasi cum) Gassend. et Codd. *quasi dum*. Gif. Par. al. *quod sol*. — v. 154. Retrahuntur) Gryph. Nard. *turbantur*. Lamb. *tardantur*. Utrumque reclamantibus omnibus libris. — v. 158. Atque ipsa) Faber legit *quin ipsa*, et in seq. versu *ferantur* pro *feruntur*. Sed hac emendatione non opus est. — v. 159. Connixa) Al. *connexa*. frustra. — v. 164. Hunc versum quidam Codd. non agnoscunt, et in seq. versu pro *perserutari* legunt *persectari*. — v. 169. Rationibus, ac moderatis) Salmas. e MSS. *rationibus admoderate*, i. e. ut humanae rationes postulant. Probat Creech. — v. 181. Quae tanta est) Bodl. *quamque haec sint*. — v. 183. Hunc versum reiicit Lamb. contradicente Creech. — v. 193. Subigente) Ita Lamb. uno MS. adiutus. Alii omnes *subiecta*. — v. 197. Quam magi' mersimus) Bodl. et alii Codd. *quo magis urgimus*. Al. *ursimus*. — v. 199. Revomit) Quidam MSS. *removet*. Sed melius est *revomit*. — v. 212. Vergitur) Alii legunt *spargitur*. — v. 219. Decedere) Lamb. *secedere*. Antiqui omnes Codd. *se pellere*. — v. 220. Tantum quod momen mutatum) Ita vett. libb. Turnebus legit *momen mutatus*, i. e. mutationis. Al. *tantum quoad momen etc.* Al. *tantum quod minimum mutatum*. — v. 227. Plagas) Ita reposuit Lamb. e v. 241, ubi est *gignere ictus*, licet omnes libb. *plagis* exhibeant. — v. 230. Deorsum) Al. *rarum*: quae vox respondet v. 232. *naturaque tenuis aëris*. — v. 242. Genat) Gif. Par. al. *gerat*. Sed *genat* melius respondet v. 228. — v. 243. Clinare) Al. *inclinare*. Sed quis *clinare* reliceret, qui *clinamen* v. 292 admittit? — v. 262. Rigantur) Gassend.

Digitized by Google

vagantur. Al. *geruntur*. Al. *reguntur*. — v. 268. Connexa) Creech. mallet cum Gif. Par. al. legere *connixa*. — v. 277. Extera) Ita melius, quam *extima* Lambini. — v. 286. Nobis) Ita e vett. Codd. Lamb. dum alii legunt *ollis*. — v. 289. Mens) Codd. omnes *res*. Sed praeferenda est Lambini coniectura *mens*, quam sententia ipsa postulat. — v. 299. Posthac) Gif. *posthoc*; et in sq. versu *qua consuerunt*. — v. 312. Infra) Alii exhibent *ipsa*: sed Lambinus nihil mutare ausus est. — v. 320. Coniscant) Lamb. *coruscant*, s. *corussant*, a κορύττω, cornibus peto. At nostro utitur Cic. in Pis. *Caput opponis cum eo coniscans*. — v. 329. Clamoreque montes Icti reiectant) Quidam Codd. *clamor quoque montes Icit, et eiectat*. — v. 343. Laeta armenta) Ita legimus cum Vulp. postulante sensu. Vulg. *laeta arbusta*: qui error exinde videtur ortus, quod in MSto scriberetur *arta* compendiose. — v. 344. Laetantia) Lamb. coni. *fluitantia*, s. *lactantia*, i. e. invitantia. Faber *liquentia*. Sed Voss. defendit *laetantia*. — v. 348. Distare) Al. *differre*. — v. 356. Linquit) MS. Voss. *non quit*, i. e. non facit quiescere: a *quio*, quiesco. Si esset vox *quia*, quam nondum inveni, lectionem veram esse iudicarem. *Creech*. — v. 359. Adsistens) MSS. Voss. *adsittens*, ex voce *ὀλίτω*: quae lectio, notante Creech. vaccam Lucretii in pastorem, caprarium, s. armentarium convertit. Al. *adsectans*. — v. 365. Alio, curaque) Al. *animum, curaque*. Al. *animum, curamque*. Pro alio reliqui pugnant, et laudant Cic. alicubi dicentem, *alio responsionem suam derivavit*. — v. 369. Balantum pecudes) Al. *balantes pecudes*, Gif. Nard. *balatum pecudis*. — v. 376. Pavit) Al. *lavit*, auctore Nonio, qui in voce *lavit* hunc versum laudat. — v. 382. Penetralior) Quidam Codd. *penetralius*: ut et v. 384. *coelestis* pro *coelestem*. — v. 385. E parvis) *et parvis* mavult Faber, probante Creech. — v. 388. Cornu) Gif. Par. MSS. Voss. *cornum*. — v. 395. Deducta) Quidam MSS. et edd. *diducta*, assentiente Creech. — v. 406. Rescindere) Alii legunt *restringere*, quod

Digitized by Google

forsan idem valet. — v. 410. Ne tu) Gassend. *nec tu*. — v. 425. Vix operae pretium monere, in quibusdam Codd. huic versui subiungi

At quae lenis, et est iucundo praedita sensu;
Haec aliquo sine seminio graviore creata est.

v. 430. Inulaeque) Ita Lamb. e Codd. cum vulg. habeat *vinique*. — v. 439. Confunduntque) Creech. coni. *compunguntque*. — v. 443. Edere) Al. legunt *reddere*. Gif. *laedere*, quod nullo modo ferri potest. — v. 446. Ramosis) Al. *per ramos*. — v. 452. Fluido quae etc. Quidam Codd. *liquido quae corpore fluvida constant*. — v. 457. Omnibus) Ita legit Muret. elegantius quam vulg. Codd. qui *omnia* exhibent. — v. 460. Nec tamen) Sic omnes MSS. et edd. Sed sensus postulare videtur *et*: quae vox in MStis frequenter scribitur *ec*, pro quo oscitans librarius reposuit *nec*. Ceterum hos tres versus, quos omnes Codd. agnoscunt, tanquam supervacaneos reiicit Lamb. contradicente Creech. — v. 464. Sudor uti maris est) Faber coni. *sudor amarus ut est*. male. Lege *sudor maris* seu *udor maris*, quod idem est ac *humor*. v. Varronem de ling. lat. L. IV. voc. *udus*. — v. 479. Finita variare — ratione) Quidam Codd. *variata*. Al. *finitas — ratiques*. — v. 482. Cuiuscuius) *Cuiusvis* Gif. e Codd. et numeros esse Ennianos contendit. — v. 503. Myrrhae) Vett. Codd. *Smyrnae*. — v. 520. Insessa) Al. *infesta*. Turneb. *infessa*. — v. 528. Quatuor sqq. versus tanquam inidoneos argumento explicando praetermisit Gassendus. Et abesse possunt, si consideremus Lucretium de figuris seminum disputare: si vero particulare, quod sequitur, argumentum spectemus, necessarii videntur. *Creech.* quem vid. — v. 533. Minus) Al. *magis*, improbante Creech. — v. 551 Conciliandi) Quidam Codd. *conciliari*. — v. 552. Multisque) Al. *ventisque*. Male. — v. 590. Flumina) Cod. Voss. *frigora*, quod Salmasio unice placet. — v. 592. Sola) Gassend. *loca*. — v. 596. Fluidas) Codd. Voss. *fluvios*. Sed *fluidas* mavult Creech. — v. 601. Sublimem) MSS. et edd. vett. *sedibus*. Sed anti-

Digitized by Google

quissimus Lambini Codex legit *sublimem*: quae lectio omnino praeferenda est. — v. 626. Omne viarum) Al. *omnia circum*. Sed vulg. melius. — v. 627. Ninguntque) Quidam MSS. et edd. *pinguntque*. — v. 630. Catenas) Gif. *caterva*, i. e. catervatim. Al. *canentes*. Quidam *coruscans*. Vulg. Faber defendit. — v. 631. Laeti) Gif. Par. *fleti* i. e. respersi. Al. *pleti*, i. e. repleti. vid. v. 621. — v. 640. Praedicere) *Prodicere* malit Faber, ut significantius et plenius. — v. 654. Hic) Alii *hino*, et *huc*. — v. 661. Buceriaeque) Alii *bucerneque*, seu *bucera aeque*. *Βούκερος* enim et *Βουκέραος* legitur: at *Βουκέριος* frustra quaeres. *Cr.* — v. 663. Retinentque parentum) Quidam Codd. *retinente parente*, i.e. tellure; quo nihil ineptius. — v. 672. Ex se ea corpora) Gif. Par. *haec in corpora*, ut *in* pro *intus* accipiatur. Lamb. restituit *ex se ea corpora*. Alii legunt *ex se* vel *ex suo corpore*: et *trudunt* pro *tradunt*. — v. 679. Cum odore) Al. *cum adoles*. Hunc versum reiicit Lamb. sequentem etiam delet Faber, contradicente Creech. — v. 683. Et rerum) Quidam Codd. *seorsum*, rectius: ut et v. sq. *privis* pro *primis* haud absurde legitur. — v. 685. Glomeramen) Gassendus *glomerantur*. — v. 715. Intra) Quidam Codd. *inter*. Creech. coni. *indu*. — v. 716. Animari) MSS. *imitari*, quod et sensus, et latinitas respuit. *Animari*, quae est coniectura Lamb. confirmatur v. 146. lib. V. Faber coni. *adque igitari*, i. e. et adigitari. Turneb. *micare*, i. e. moveri. — v. 718. Res terminat omneis) Gif. Par. *disterminat omnia*, quod probat Creech. — v. 773. Quae) Gassend. *quem*. — *Ibid.* Induta) Ita Lamb. MSS. *imbuta*. — v. 735. Tincta) Lamb. *tacta*. — v. 739. Fieri) Al. *ferri*. — v. 742. Contincta) Lamb. *contacta*: ut et *tacta* v. 746. — v. 759. Praeterea) Gif. Par. al. *propterea*, probante Creech. — v. 762. Extemplo) Al. *exemplo*. — v. 784. Omne sit extra) Ita Lamb. e Codd. Marull. et Nard. *esset in illis*. — v. 808. Scilicet id sine etc. Gif. et alii *scire licet sine — putandum*, omisso *est*. — v. 822. Pennis) Gass. coni. *pariter*. Sed vulg. melius. —

Digitized by Google

v. 844. Sterila) Al: *sterilia*. Sed recte *sterila*, ut I, 341 *sublima*. — v. 847. Florum) Lamb. *florem*. Bene. — v. 849. Potis es reperire) Carrio e MSS. *potis est reperiri*. — v. 850. Quae) Al. *quod*. — v. 859. Molli lenta etc.) Ita legit Turnebus. Gif. Par. al. *mollia, lenta, fragosa, putri cava, corpore rara*. — v. 887. Ex insensilibus) Princ. l. 4. *insensibili*. — *Ibid.* Ne credas) Gif. *ni* pro *ne*; et pro *credas* Lamb. *credat*. — v. 888. Vitalem reddere sensum) Gassend. *virtutem reddere sensus*. — v. 890. Foedus) Ita Lamb. e quatuor MSS. Al. *redus*, probante Creech. — v. 892. Sensilia extemplo etc.) Alii *sensile et extempla me gigni dicere sensus*. Codd. Flor. *sensile progigni extempla, et producere sensus*. vitiose. — v. 895. Quae) Alii melius legunt *quis*. — v. 900. Debent) *Debeant* mavult Lamb. — v. 901. Deinde ex sensilibus etc.) Creech. re ipsa admonitus coni. *denique principiis qui sensile posse oreari*. — v. 908. Tum faciunt) Gif. e Codd. exhibet *cum*, et coni. legendum *cunfaciunt*. — v. 910. Namque alium sensus membrorum respuit omnium) Lamb. Gassend. Fab. *namque alium sensus membrorum respuit omnes*, et vers. 912 subiungunt. At Creech. legendum existimat: *namque alium sensus membrorum res petit omnis*, et vers. 909. subiungendum. — v. 922. Pro hoc versu alii libri exhibent: *Sic itidem quae sentimus sentira necesse est*. Lambin. e libro quodam cum MSS. comparato substituit *Per Veneris res etc.* Gif. reiicit: et omnino abesse potest. — v. 925. Fagimus) Creech. legendum putat *figimus*, i. e. ponimus s. probamus: quae vox respiciat v. 870, ubi pars huius argumenti proponitur. — v. 927. Vermesque effervere, terram Intempestivos cum etc.) Alii legunt: *Vermesque effervere terram, Intempestives quam* etc. — v. 931. Hunc et seq. versum ita legit Gifanius:

Posse ea non-sensu, sensus mutabilitate,
Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.

Nardius:

Digitized by Google

Posse ex non-sensu: sed sensus mobilitate
Ante aliqua tangi partum, quam proditur extra.

Creechius:

Posse ex non-sensu sensum mutabilitate
Ante aliqua, totum partum quam proditur extra.

v. 935. Commutari) Muret. *coagmentari*, vel *commentari*. Sed *commutari* placet Creechio, ut et v. seq. *principiis*, quod Lamb. Gif. Par. al. habent, pro *primorum*: quamquam *prima* aliquot locis apud Lucretium pro *principiis* sumantur. — v. 939. Flammaque creatis) Gif. Par. *terraque creata*. — v. 941. Quibus omnituentes) Al. *quibu' convenienter*. — v. 949. E corpore) Alii legunt *a corpore*: alii *in corpore*. — v. 954. Relliquiae) Gif. Par. MSS. Voss. *relliquii*. — v. 958. Creech. huic versui versum 1009. una cum duobus seqq. subiungendum existimat, ut integrior sit sententia. In eo enim, in quo nunc leguntur, loco nihil agunt: hic vero positi, Lucretii mentem explicabunt, et vim obiectionis frangent, contra quam non satis provisum videtur. — v. 960. Conlecta) *Coniecta* Gif. et al. imperite. — v. 968. Ex ullis) Gif. Par. *ex illis*. — v. 973. Etiam) Al. MSS. et edd. *iam*. — v. 974. Factum) Gif. Par. al. *auctum*, ut et vers. 985. *auctus*, pro *factus*. — v. 977. Mistura) Gassend. *natura*. — v. 979. Mortalibus) Gassend. *animalibus*. — v. 990. Semine) Quidam *stirpe*. — v. 1009. Aeterna penes) Creech. *interna minus* vel *parum*. — v. 1017. Haec) Ita bene emendabat Lambinus. Al. *res*, inepte. — v. 1027. Quidquam) Lamb. *quicquam*. — v. 1028. Quod non minuant mirarier omnes) Alii Codd. exhibent: *quod non minus fiat mirabile cunctis*. — v. 1035. Quod] Lamb. *quid*. — v. 1036. Nil) Lamb. et al. *nulli*: et vers. sq. *quam* pro *quom*. — v. 1038. In coeli) Al. *hinc coeli*. — v. 1040. Exspuere) Sic omnes fere Codd. Lambinus tamen amat *respuere*. — v. 1043. Animus) Fayus legit *animi*, et quarto versui notam interrogationis subiungit. Sed hoc acumine non opus. — v. 1046. Iactus) Al. *tractus*. Al. *tactus*. — v. 1052. Undique cum) Male Lamb.

Digitized by Google

cum quoquo. — v. 1060. Coolnerint) Gif. Par. al. *coierint.* Sed bene Lamb. reposuit *coolnerint*, h. e. concreverint, coagmentata fuerint. *Olescere* enim Festo est *crescere*; quo verbo utitur idem Lucretius infra v. 1129. ubi tamen quidam legunt *alescere*, male. — v. 1061. Semper) Fab. coni. *nempe*, quod *semper* cum *repente* convenire non possit. At vero ista tinnientia - *coniecta repente - exordia nempe* - quae auris pati potest? — v. 1068. Geni) Ita Lamb. addicente vers. 1077. Gif. Par. al. *geri.* — v. 1078. et 1079. Quin cuiusque etc.) Hos versus, quos spurios esse cum Lamb. asserit Faber, Creechius emendat, legendo:

Cuiuscunque siet secli; permultaque eodem
Sunt genera: inprimis animalibus intice mentem.

v. 1081. Genitam prolem) MS. Voss. *geminam prolem*, i. e. utrumque sexum. — v. 1085. Unica) MS. Nonii *unum*, improbante Creech. — v. 1101. Deserta) Gassend. *diversa.* — v. 1102. Quod) Quidam Codd. *quo.* — v. 1107. Hunc versum delendum censet Lamb. non probante Creech. — v. 1109. Adpareret) Ita optime Lamb. pro *aptaret*, quod alii habent. — v. 1112. Ad sua secla recedunt) Al. *ad sua semina cedunt:* al. *ad sua foedera.* frustra: dum et Codd. et ipse poeta alibi exhibet *sua secla.* — v. 1115. Perfica) Gif. et Par. *perfice*, i. e. perfecte. Male. — v. 1119 et 1120. His aetas - His natura) Al. *hic aetas - hic natura*, e Codicibus. — v. 1126. Vescitur) Quidam *pascitur.* Faber coni. *nancitur*, i. e. occupat, prehendit. Sed Lucretii Codd. *vescitur*, quae vox commode retineri potest. — v. 1127. Ac decedere) Alii *atque recedere.* — v. 1128. Multa, manus) Gif. Par. al. *multimodis.* — v. 1129. Olescendi) Al. *alescendi.* Sed vid. ad v. 1060. — v. 1132. Demto) Ita melius legitur, quam al. *adepto.* — v. 1136. Nec satis est, pro quam etc.) Lamb. legit *Nec sitis est quae per etc.* totumque versum tamquam adulterinum reiicit. Faber ita legit: *Nec satis est praequam largos exaest. auctus.* Sed nulla est utriusque coniectura, iudice Creech. quem v. ad h. l. — v

Digitized by Google

1145. Putreisque) Gassend. *tristesque.* — v. 1146. Huic versui nonnulli subiungunt versum prorsus ineptum: *Et fulcire cibis, ac omnia sustentare.* — v. 1149. Iamque adeo affecta est aetas etc.) Lamb. praefert *Iamque adeo fracta est aetas, affectaque tellus*, nec reiicit *Iamque adeo affecta est aetas, affectaque tellus.* — v. 1160 et 1161. Hos duos versus Lucretii lucerna indignos iudicat Faber. Gifanius legit:

Conterimusque boves, et vires agricolarum
Conficimus, seris vix arvis suppeditati.

Fayus vero:

Conficimus, ferrum vix arvis suppeditarit.

v. 1162. Pereunt) MSS. Voss. Palmer. *pareunt*, i. e. parcius redduntur. — v. 1164. Magnum) Voss. *manuum.* — v. 1166. Post hunc versum alii inserunt:

Tristis item vetulae vitis sator atque fatigat.
Temporis incusat nomen saeclumque fatigat.

. . . . . .

LIBRO III.

v. 3. Decus) Gassend. *dux.* — v. 4. Fixa) Quidam ἀρχαϊκῶς *ficta.* — v. 11. Linunt) Ita Lamb. e Codd. Alii *libant*, quae vox cum seq. *depascimur* melius convenit. — v. 15. Haud divina) *Haud* abest ab omnibus libb. sed restituit, sententia ipsa postulante, Lambinus: qui coniicit etiam legendum *divum sine.* — *Ibid.* Coortam) Alii *coactam.* Quidam etiam *creatam.* — v. 24. Delibrat) Al. MSS. et edd. *delibat.* quos sequitur Creech. — v. 28. Tibi) Gif. Par. al. *ubi.* — v. 29. Percipit) Alii *percitit*: et mox *sit* pro *sic.* — v. 30. Patet) Gif. Par. Nard. *dilatens.* —. *Ibid.* Retecta) Gif. et Par. *retorta*, i. e. evoluta, quae prius contorta, et involuta videbatur. — v. 33. Aeterno) Lamb. al. *alterno.* Sed quomodo semina *alterno* motu percita *sua sponte* volitarent? vid. II, 1054. et IV, 28. ubi hi versus repetuntur. — v. 43 et 44. Duos hosce versus delendos censet Faber. At Creech. emendat: *Et se scire animi naturam sanguine inesse*

Digitized by Google

etc. — v. 46. Venti) Gif. Par. al. *vetiti.* — *Ibid.* Forte) Gif. Par. *fera:* unde Palmer. *sera.* i. e. stulta, sinistra. Faber: *dira.* Quidam *corde.* — v. 52. Et Manibus) Gif. Nard. *quas manibus.* — v. 58. Eliciuntur) Quidam Codd. *eliciuntur.* — v. 62. Praestante) Sic lib. II, 12. Alii tamen Codd. *perstante*, i. e. assiduo, pertinaci. — v. 65. Fama) Quidam Codd. *ferme:* unde alii *formae.* Nard. *famae.* Sed Codicibus istis et coniecturis melius Lambini iudicium, qui edidit *fama.* — v. 69. Refugisse) Al. MSS. et edd. *effugisse*, et mox pro *recesse*, *remasse*, pro remeavisse, vel *remosse*, vel *remanse.* — v. 76. Claroque incedere honore) Gif. Par. Nard. *claro qui incedit hon.* Lamb. *clarus qui* etc. Alii *clarus qui incendit hon.* — v. 78. Intereunt partim statuarum) Quidam Codd. *statuai.* Alii *intereuntes factus tantum*, vel *intereuntque potentatus.* — v. 80. Humanos) Gassend. *ingratos.* — v. 84. Fundo) Nonnulli *suadet.* male. Gif. et Par. *funditus.* Sed *fundo* agnoscit Virg. Aen. X, 88. — v. 94. Quem) Alii, veteris Grammatici auctoritate, *quam.* — v. 98. Putarunt) Gif. et Par. *putarit.* — v. 100. Vitalem) Gassend. *totius* — v. 102 Cum sensu) Creech. coni. *concentu.* — v. 107. Aegrit) Ita veteres. Gif. tamen et alii *aegrum est.* — v. 109. Uti) Alii *ubi.* — v. 114. Onustum MSS. Voss. *honestum.* Proig. *honesto.* — v. 130. Moribundos) Faber *moribundis.* — v. 133. Ab organico saltu delatum Heliconis) Faber *ab organico cantu ductum citharai.* Sed *saltum Heliconis* non absurde dici, probat Creech. ex Manil. Astronom. L. I. Voss. *ad organicos alto delatum Helicone*, et pro *traxere* in seq. v. *texere.* — v. 156. Aboriri) Creech. coni. *aboleri.* — v. 161. Exin) *Exhinc* legi potest, nullo vero modo *extra.* Creech. — v. 164. Hic versus non placet Creech. et si Codd. permitterent, reiiceret. — v. 171. Teli) Gif. Par. Nard. al. *lethi.* Sed Creech. praefert *teli* ex v. 177. Ceterum hunc et quatuor seqq. versus, Lucretio indignos, expungunt Lamb. et Gassend. probante Creech. — v. 174. In terra mentis qui) Faber *interdum moriendi.* Al. *inter moeren-*

Digitized by Google

tes qui. Al. *inter lamentas*. — v. 196. Flutat) Gif. Par. al. *fluctuat*, sine causa. — v. 197. Namque papaverum) Ita Codd. et recte. Pius corr. *Nam pappos minima* etc. Sed *pappi* huic loco non conveniunt, utpote minime laevigati et rotundi. — v. 199. Coniectum) Gif. Par. al. *coniectum*. — *Ibid.* Spiciorumque) Alii *spicarumque* s. *spicorumque*. Sed vulg. melius. — v. 200. Quanto) Alii *proquam*, vel *perquam*. — v. 201. Mobilitata feruntur) Vett. quidam Codd. et edd. *mobilitate*. Alii etiam legunt *mobilitate fruuntur*. — v. 202. Pondere) Creech. *corpore*. — v. 209. Deliquat) Alii praeferunt *dedicat*, ut I, 368. — v. 214. Ibi limatum) Gif. Par. al. *ibi libatum*. Sed Lamb. maxime probabat *delibratum*. — v. 222. Quod genus est Bacchi) Lamb. *quod genus aut Bacchi*. — v. 226. Pondere) Gassend. *corpore*. — v. 227. Quia multa) Nisi vox ista *multa* sileat, vereor ne poeta sibi parum constare videatur: sint enim *minuta* semina, at *multa* detrahas, et moles et pondus diminuetur. vid. etiam v. 279. *Creech*. — v. 237. Cieri) Alii *moveri*. Perinde est. — v. 241. Quaedam qui mente volutent) Gif. Par. Nard. MSS. Voss. *quaedam*, *quae mente volutet*. Faber coni. *queis omnia mobilitantur*. Voss. *qui dant quae mente volutes*. — v. 250. Tum quatitur sanguis) Ita rectius et sonantius Lamb. dum alii scribunt *concutitur tum sanguis*. — v. 251. Postremo) Lamb. Gif. Par. *postremis*. — v. 260. Comta) Al. *iuncta*. Creech. cum Fabro *côpta* s. *coapta*, i. e. uniter apta, connexa. — v. 267. Animantum viscere) Preig. *animantum est visere*. — v. 268. Calor) Gif. Par. *color*. — v. 281. Atque animai) Quidam Codd. *atque animae quasi*. — v. 289. Est etiam) Faber *est etenim*, non improbante Creech. — v 290. Oculis-acribus) Ita Virg. Aen. XII, 102. Gif. tamen *acrius*. — v. 310. Animae) Lamb. Gif. Par. *animi*. — v. 320. Videor) Ita recte emendabat Faber. Al. *video*. — v. 321. Naturarum) Quidam praeferunt *naturai*. — v. 322. Dictis) Gif. Par. Fab. *doctis*. — v. 334. Nec sine vi quidquam alterius sibi posse) Alii legunt: *nec sibi*

Digitized by Google

quaeque (al. *quidque*) *sine alterius vi posse.* — v. 335. Sentire) Quidam Codd. *constare*, perperam. — v. 340. Vaporem) Nonnulli Codd. *saporem*, improbe. Neque *ab hac causa* v. sq. in *ab ea causa* mutandum. — v. 351. Renitat) Ita Lamb. Alii *refutat*. — v. 355. Quis afferet) Al. *asseret*. Faber *quod asserat*. Sed vulg. bene habet. — v. 358. Hunc versum reiicit Lamb. et sequentem *Multaque praeterea* etc. retinet, quem Faber et alii sequuntur: Gifanius, eiusque sequaces una cum Gassendo parenthesi includunt. Sed Creech. retinendum censet, et potiori iure hunc locum possidere docet, quam *Multaque praeterea* —, quem Cod. Vatic. non agnoscit. — v. 362. Desipere est) Ita recte Lambinus. MSS. *difficile est*. — v. 363. Omnes interpretes, praeter unum Fayum, hunc versum reiiciunt. — v. 366. Ipsi) Gassend. *esse*. — v. 372. Viri) Faber *sibi*. — v. 374. Nectere) Fayus *vertere*, contra omnes libros. — v. 376. E) Alii *et*. — v. 383. Insidere) Al. *sidere*; et in seq. versu *nebulam noctis*. — v. 392. Est in nobis multa ciendum) Ita passim Lucretius. Alii tamen legunt: *in nobis sunt multa cienda*. — v. 393. Immista) Gassend. *immissa*. — v. 395. Et quam intervallis tantis) MSS. Voss. Gif. *et quantis intervallis*. Lambinus magis probat *et quam sis intervallis*, i. e. *quam suis*. — v. 413. Confiet) Ita Lamb. Sed Gif. Par. Nard. al. *non fiet*; et in versu antec. *et* pro *sed*. — v. 417. Vincti) Quidam Codd. *iuncti*. — v. 421. Tua — vita) Creech. coni. *tuo — vate*. — v. 433. Vapore) Preig. *vaporem*. — v. 434. Genuntur) Gif. Par. al. *geruntur*. Creech. mallet *feruntur*. — v. 440. Omnibus e membris) Alii Codd. *ex hominis membris*, quod probatur Gassend. Gifanius et Par. *ex omnibus membris*. Nam *omnibus* Terent. et Plaut. saepe corripiunt. — v. 454. Linguaque mensque) MS. Voss. *lingua, madet mens*. Gif. in marg. *lingua, animusque*. — v. 457. Ceu fumus) Gif. et Par. *ceu fumum*. Creech. coni. *cum corpore*, quod melius convenit seqq. — v. 458. et 459. Videmus — fatiscit) Al. *videtur — fatisci*. Non tanti est. Praestat ta-

Digitized by Google

men vulg. — 461. Dolorem) Al. *labōrem*, comprobante Creech. Al. *pavorem*. Sed *dolorem* defendi potest e vers. 473. — v. 465. Dementit) Lambinus, cui suspectum est verbum *dementire*, mallet *dementat*, quod sane usitatius est. Al. *dementia*. — v. 467. Nutuque) MSS. Flor. Gif. Par. al. *vultuque*. — v. 474. Post hunc versum alii inserunt

Praeterea mentem sanari, corpus ut aegrum,
Et pariter fluctu medicina posse videmus.

v. 480 et 481. Quaecunque sequuntur? Cur ea sunt, nisi etc.) Preig. Hav. *quaecunque sequuntur, Curvascunt? nisi etc.* — v. 490. Inconstanter) Preig. *inconcinnter*. — v. 492. Spumans ut in etc.) Al. *spumans volat:* al. *spumantes aequore salso Ventorum ut etc.* Gif. *spumantes ut in aequore salso*, et literam *s* in *spumantes* abradit. En litem Grammaticis dignam! *Creech.* — v. 493. Fervescit — unda) Al. *fervescunt — undae*. — v. 497. Bene hunc versum delendum censent Lamb. et Creech. — v. 503. Talipedans) MSS. *vacillans*. Sed Lamb. restituit *talipedans*, quae vox est Enniana. — v. 511. Mentem) Alii *vitam*. — v. 513. Aliud) Lamb. Gif. Par. Nard. *aliquid*. — v. 525. Cernimus ire) Al. *cernis obire*. — v. 526. Deperdere) Quidam legunt *disperdere*. — v. 544. An contractis etc.) Ita hunc versum legit Nonius in voce *Brutum*. Alii *An contracta suis e partibus obbrutescat*. — v. 552. Sed tamen in parvo linquuntur tempore tali) Hunc versum spurium esse ait cum Lamb. et Gassend. Creechius. Is. Voss. Preig. Hav. legunt: *Secta etenim parva liquuntur tempore tabi*. — v. 572. Atque animans) Aliis placet *aeque animis*. — v. 573. In eo) Gif. Par. al. *in eos*. Sed *in eo*, int. *aëre*, probatur versu proxime inferiori: *Quos ante in nervis etc.* — v. 578. Animam) Quidam *animae*. — v. 583. Esse sibi) Gif. *isse sibi*, ut mox *ire anima* v. 593. — v. 594. Hunc et seq. versum Lamb. Gif. Creech. al. reiiciunt. — v. 596. Quod genus est, animo etc.) Al. *quod genus aut animo*. Lamb. *quod genus, esse anima*. Sed *id est* damnari non

Digitized by Google

debet, iudice Fabro. — v. 600. Conlabefunt) Gif. et Par. *conlabascunt*. frustra. — v. 604. Omnem possit) Lamb. *omne incolumis*. — v. 617. Omnis inhaeret) Codd. *omnibus haeret*. Gif. et Par. *omnis haeret*. — v. 620. Hunc cum seq. versu Lamb. Gassend. al. delent. Pro *pro totis* alii Codd. exhibent *par totis*, s. *in totis*, s. *de totis*, Voss. *dispertitum*. — v. 632 sq. Nec aures Absq. an.) Salmas. *neque auris Auditum*, pro auditu. — v. 633. Absque anima per se etc.) Gif. Par. Nard. al. *auditum* (i. e. sonum) *per se*. Lambinus, aliquid e textu excidisse existimans, cum argumentum non plane explicatum videret, tres seqq. versus subiungit:

Nec sensus ipsi seorsum consistere possunt
Naribus, atque manu, atque oculis, atque auribus, atque
Lingua: nec possunt per se sentire, neque esse.

At Creech. rectius delet versum 633, ut prorsus inutilem, et in praecedente versu legit *Esse potest animae*. Sic argumentum est integrum, et satis explicatum. — v. 657 seq. Minantis serpentis caudam) Alii legunt: *minacem serpentem, et cauda*. — v. 674. Mutata) Gif. Par. al. *vitiata*. — v. 675. Omnis) Gif. et Par. *omnium*. — v. 681. Limen inimus) Gif. Par. al. *lumen adimus*. — v. 685. Hunc versum nothum censent Lamb. et Gassend. nec adamat Creech. — v. 694. Oppressus sub dente e frugibus) Omnes Codd. *oppressus subitis e frugibus*: unde quidam *subito de frugibus*: Faber *subitis offractibus*. Voss. *subitis affrictibus*. Creech *expressus subito de frugibus*. — v. 700. Tanto quaeque) Faber *tanto nempe*. Sed MSS. Preig. *tanto cuique*. — v. 710. Peritat) Al. *periit*. — v. 717. Sinceris membris) Faber *sincera ex membris*. Recte. — v. 723. Privas) Preig. *priva si*. — v. 736. Cum) Faber *quod*. Bene. Olim enim ita scriptum, inde *quom*, et tandem *cum*. — v. 745. Inque genuntur) Ita Lambinus. Codd. tamen *ingenioque*. *Ingenerascunt* habet aliquid latius, et quod ad speciem magis pertinet; at *ingenuntur* ad singularia, seu individua, ut vocant.

Digitized by Google

Faber. — v. 747. Toto) Alii *quoque*, ut et vers. 765. Probat Creech. — v. 758 et 759. Hos versus delet Creech. — v. 767. Confugient) Gif. Par. al. *confingent.* Lamb. Gassend. Creech. *non fugient*, i. e. non poterunt negare. Ferri tamen potest *confugiunt.* — v. 772. Hunc versum quidam Codd. non agnoscunt. — v. 776. Sunt immortali) Gif. et Par. *sunt iam immortali.* — v. 790. Longius) Al. *longiter.* — v. 794. In eodem homine, atque in eodem vase) Faber legit *in toto homine, aqua ut in toto vase.* Mox pro *maneret* alii *manere.* Utrumque displicet Creech. cui reiiciendus potius videtur versus, qui nihil profecto hic loci agit. — v. 814. Fungitur) Ita Lamb. reposuit pro *frangitur*, quod male habent alii. — v. 818. Diffugiat) Gif. Par. al. *diffugiant.* — v. 824. Proruere) MSS. *corruere.* Sed Lamb. edidit *proruere*, quoniam *corruere* non usurpatur ἐπεξηγητικῶς. — v. 831. Lethalibus) Alii *vitalibus*, inepte: ut et *plena salutis* in seq. versu. — v. 836. Praeter enim quam quod) Fayus *praeter enim quod tum*, quod et aliquando placebat Lambino. — *Ibid.* Morbis tum corporis aegrit) Gif. et Par. cum Lamb. *morbi est, cum corpori aegre est.* Al. *morbi est, cum corpus aegrotat.* — v. 839. Admissa annis) Al. *admissa malis:* al. *male admissis.* Male. — v. 847. Auris) Gif. et Par. *oris.* — v. 848. Fuit sub utrorum regna) Ita recte Lamb. Codd. *fuere utrorum ad regna.* Unde Gif. *fueret utrorum ad regna.* — v. 863. Repetentia) Gif. Par. al. *retinentia.* Al. *repentia.* Sed praeferenda est Lambini emendatio *repetentia.* — v. 871. Deprendere) Lamb. Gif. Par. *reprehendere.* — v. 874. Quoi forte) Voss. *si forte.* — v. 875. Cum male) Alii legunt *cui male.* — v. 876. At quoniam) Alii MSS. et edd. *id quoniam.* — *Ibid.* Im, prohibetque) Quidam Codd. *eamque prohibet*, quod aptius videbatur Salmasio. — v. 878. In quibus et nunc nos sumus) Al. *quibus aegri nunc sumus.* Inepte vero Gif. e suis Codd. *quibus e nunc nos sumus.* — v. 881. Differre) Lamb. *referre.* — v. 883. Miserarier) Al. *indignarier*, male, iudice Creech. — v. 885.

Digitized by Google

Aut flammis interfiat, malisve) Creech. *aut interfiat morsu malisve.* Sic et prisca exempll. Pii. — v. 889. Et inde) Alii *abunde.* — v. 894. Vindicat) Alii *dividit*, probante Creech. — v. 910. Factis ubi fortibus esse, tuisque) Alii *factis florentibus esse cuiquam.* Gif. et Par *factis florentibus esse tuis.* Quos versus quis ferat! — v. 911. Miser! o miser!) Gif. Par. Nard. al. *misere misere.* — v. 914. Insidet rerum insuper) Al. *rerum superinsidet.* — v. 922. Ab hoc) Gif. *ob hoc.* Torsan melius. — v. 927. Homullis) Faber *homulli.* — v. 928. Fuerit) Creech. *fuerint.* — v. 930. Torreat) Lamb. *terra*, frustra. — v. 931. Rei) Al. *res.* — v. 934. Hunc versum sequenti subiicit Salmasius; et pro *sopōrem* legit *suprema.* Al. *supremo.* — v. 936. Nec) Al. *non.* — v. 962. Hunc versum quidam improbe reiiciunt. — v. 967. Barathro) Gif. Par. al. *barde.* Al. *baro.* Helin. *balatro.* — v. 979. Decidit) Gif. Par. Nard. al. *decidet.* — v. 982. Quam nunc) Al. *quam tu.* Gif. *quam quae.* — v. 1001. Dispensis) Ita optime reposuit Lamb. pro *dispersis*, quod Gif. Par. al. male exhibent. — v. 1007. Cuppedine) Gif. e Codd. *torpedine.* Sed non est acuta *torpedo*, qua *curae scindant.* — v. 1028. Lucla) Al. *nuptella.* vid. Varr. L. 2. de R. R. Columell. L. 7. et Plaut. in Asinar. — v. 1038. Lumina sis oculis etiam) Frustra quidam legunt, *lumina sic etiam solis.* — v. 1044. Superire) Gif. et Par. *superīre*, antique pro *superare.* — v. 1045. Aquis insultans) Ita recte Lambinus. Gif. legit *equis insultans*, probante Salmas. Quasi id ageret Lucretius, ut sciremus Xerxem Hellesponto iuncto tam equites quam pedites traiecisse. — v. 1050. Unus Homerus) Al. *avus Homerus*, imperite. — v. 1053. Memorem) Gif. Par. al. *memŏres.* — v. 1055. Ipse Epicurus) Quidam huc retrahunt praecedens *ipse*, ita ut sit *ipse ipse Epicurus:* et pro *lumine* legunt *limite.* — v. 1057. Praestinxit) Salmas. e scriptis *restinxit.* — v. 1068. Et — cognoscere) Al. *e — quoque noscere.* — v. 1091. Certa quidem) Al. *certe equidem.* minus bene. — v. 1098.

Digitized by Google

Vehat) Quidam *ferat*. — v. 1101. Delibrare) Gif. Par. Nard. *delibare*, i. e. detrahere de tempore. Recte.

LIBRO IV.

v. 9. Lepore) Quidam Codd. *liquere*. imperite. cf. I, 29. — v. 17. Tactu) Al. *pacto*: al. *facto*. Gif. conj. *tractu*, i. e. haustu. Non tanti est. — v. 24. Perspicis) Vulg. *percipis*. — v. 25. Persentis) Lamb. Gif. Par. *praesentis*. Male. — v. 31. Comta) Faber *cópta*, ut et lib. III, 260. — v. 47. Corpore) Recte Lambinus Gifanium cum suo *cortice* e Codd. desumto castigat. — v. 56. Veteres) Al. *teretes*, et mox *aetate* pro *aestate*. frustra. — v. 61. Haec quoniam) Al. cum Lamb. *quae quoniam*. — v. 64. Hircendi) Ita ex optimis Codd. Lamb. et vani sunt, qui *ostendi* praeferunt. — v. 67. Veterem et formae) Al. *solitam et formae*. Quidam *et conformem* i. e. *consimilem formae*. Gif. et Par. *et con formae*. — v. 69. Et sunt) Gif. et Par. *ut sunt*. — v. 70. Nam certe iaci, atque emergere) Gassend. *nam iacier certe etc.* Gif. et Par. *nam certe iacier ac tergeri*. Al. *nam detergeri atque emergere*. Hav. *nam certe facile impertiri*. — v. 82. Cum corpore) Al. *cum corpore*. — v. 85. Certa) Al. *caeca*; male. — v. 125. Ciebis) Al. *movebis*. Voss. *revolvae*. — v. 126. Quamprimum noscas) Voss. e veteris scripturae vestigiis, *quin potis es noscas*. — v. 139. Aëra mulcenteis motu) Al. *aëre mulcentes motum*. Gif. Par. al. *aëra mulgentes motum*, i. e. impellentes, l. agitantes. Al. *mulcantes*, i. e. verberantes. Decem hi versus in Codd. misere turbati sunt. In aliquem saltem ordinem redegit Lambinus: forsan non in optimum. Versum igitur 143 *Inde alios trahere etc.* loco suo motum, versui 138 subiungas, et cum Gassendo legas: *Inde alios trahere atque inducere nubila nimbos*. Nihil tamen muto. *Creech.* — v. 144. Genantur) Ita Lambinus. Gif. Par. al. *gerantur*. Item vers. 155 et vers. 160. *geruntur*. — v. 152. Accidit) Gif. Par. al. *occidit*: quae quidem ferri potest lectio, sed altera probabilior. — v. 159. Texturas)

Digitized by Google

Meursius *exturas.* — v. 167. Queiscunque obvertimus oris etc.) Al. *quocunque obvertimus, illuc Res tibi respondent.* Turneb. *quoicunque obvertimus aeris.* Lamb. maluit *quoicunque obvertimus orae,* l. *quamcunque obvertimus oram.* Quidam vero, *quocunque obvertimus, omneis Res tibi respondent.* — v. 170. Foede) Gassend. *saepe.* — v. 180. In quemcunque) Gif. Par. al. *in quem quemque,* probante Creech. — *Ibid.* Numine) Alii legunt *numine.* — v. 194. Parvola) Faber *plurima.* Sed non opus est ista emendatione, si *parvola* non voci *causa,* sed *simulacra* iungas. vid. v. 66. — v. 200. Ex alto in terras) Quidam legunt *ex altoque foras.* forsan rectius, iudice Creech. — v. 208. Multiplexque) Gif. Par. al. *multiplicisque.* — v. 216. Ad terrarum accidat) Al. *in terrarum incidat.* — v. 217. Mitti haec) Gif. Par. al. *mittuntur haec.* — v. 219. Odores) Al. *obortu,* imperite. Ceterum Lamb. hunc versum subiungit versui 221. — v. 221. Circum) Preig. *propter.* — v. 222. Auras) Gif et Par. *per auras.* — v. 230. Et sentire sonorem) Recte sic: et idipsum agnovit Lamb. qui aliquando legit *exaudire sonorem.* Gif. tamen *sentire sonare.* — v. 249. Omnis.) Ita necessario legendum. Lamb. *omnes.* — v. 256. Quale sit) Creech. mallet *qualis sit.* — v. 261. Privam) Lamb. *primam.* frustra. *Privam* enim rectius opponitur voci *universum* v. 263 et cf. III, 390. — v. 264. Aliquae) Al. *aliqua.* — v. 271. Remmota) Gif. et Par. *remota.* perinde est. *Semota* vero reiice. — v. 275. Is quoque enim) Gif. Par. *ipse etenim.* — v. 276. Posteis) Gassend. *positus.* — v. 290 sq. Hos tres versus delendos censet cum Lamb. Creech. Sane hic loci otiosi sunt. — v. 294. Fit ut in) Muret. *fit uti.* — v. 298. Cretea persona) Al. *cerea persona,* male. Lamb. mallet *cressam.* s. *cretosam personam.* — v. 299. Fronte) Quidam legunt *forte.* — v. 304. Sexve ut) In quibusdam scriptis et edd. est *sex ut.* — v. 311. Inde retrorsum reddit se) Gif. et Par. omittunt *se.* Quidam Codd. *inde retroversum redit.* — v. 322. Illinc) Lamb. *illuc,* quae lectio admitti non

Digitized by Google

potest. — *Ibid.* Reverti) Gassend. *remitti.* — v. 326. Tendere) Al. *intendere.* Gif. et Par. *cernere.* — v. 337. Pingunt) Gassend. *tingunt.* — v. 349. A luce) Lamb. Gif. Par. *e luce*, comprobante Creech. — v. 353. Coniecta) Lamb. et Par. *contecta*, contradicente v. 347. ubi vox *adaperta* legitur. — v. 362. Quasi tornata ut) Ita Lambinus. Gif. Par. al. *quasi ut ad tornum.* — v. 377. In ignem lana) Scaliger Observ. ad Tibull. legit *carmine lana*, ut edidit Par. Carmen autem est instrumentum lanificum. — v. 399 sq. Idem Apparent, et longe divolsi licet) Quidam Codd. haec non agnoscunt, et Lamb. reiicit. — v. 421. Huic versui iniquus est Lamb. et reiicit. Faber emendat, legitque: *Corpora mirando sub terras abdita pacto.* Al. vero: *Corp. mirandi sub terras abdita coeli.* Gif. et Par. *Corpa mirande etc.* — v. 430. Longa) Gif. Par. al. *longe*, i. e. procul. — v. 438. In portu) Creech. *in ponto:* quia navigia in portu non obnituntur undis. — v. 447. Nubeis) Gif. Par. Nard. al. *nimbos.* — v. 448. Quam quo) Quidam Codd. *ac vera.* — v. 450. Pressit eum, quodam) Gif. et Par. *pressit; eum quodam.* — v. 452. Florentia) Al. *flagrantia.* frustra. — v. 460. Conclusoque loco) Gif. in marg. *conclusoque loco.* — v. 469. Egregius) Alii Codd. *aegrius est.* Rectius, iudice Creech. Ceterum hunc et seq. versum Lamb. ὀβελίζει, quod minime probandum. — v. 470. Addit) Al. *abdit.* male. — v. 472. Qui) Al. *quo.* Gassend. *quem.* — v. 473 sq. Hos duos versus omnes Codd. agnoscunt, suspectos tamen habet Lamb. tandem vero legit, *Hunc igitur contra quidnam contendere eorem etc.* Mox pro *instituit* Gassend. mallet *insistit.* Gronov. vero *in statuit:* quam lect. duo MSS. Voss. confirmant. — v. 475. Hoc quoque uti) Gassend. *hunc quoque ubi.* — v. 481. Sensus) Gif. et Par. *sensibus.* imperite. — v. 507. Quaequam) Gif. et Par. cum Gassend. *quaeque.* — v. 531. Praeterredit enim vox) Al. MSS. *praeterea redit vox.* — v. 536. Hunc versum reiicit Lambinus. At Creech. retinendum censet, quod ad rem facit, et commodam explica-

Digitized by Google

tionem patitur. Pro *vlis* al. legunt *suis*. — v. 550. Retrocita cornua) Hunc versum Lucretio abiudicat Lamb. Al. legunt *retrocita barbara*. Voss. *berecynthia barbara*, i. e. tibia Phrygia. — v. 551. Mirifica circa h. l. variantium lectionum multitudo est. Quidam legunt

Vallibus et validis ne tortis ex Heliconis.

Alii

Vallibus et cycni nece detorti ex Heliconis.

Alii

Et gelida cycni nece torti ex antro Heliconis.

Vulg. debetur Lamb. quem sequitur Faber. Sed loco *orti* substituit *eorti*. Voss. tandem legit

Et validis cycni torrentibus ex Heliconis.

v. 564. Neque hilum) Ita recte Lamb. quamvis aliorum tam *illa* quam *illam* recipi potest. — v. 583. Iterabant dicta referre) Codd. *iterabant dicta referri*. Pro *iterabant* Faber mallet *tradebant*. — v. 603. Conloquimur etc.) Gif. et Par. e Codd. *Conloquium clausis foribus quoque saepe tenemus*. Versum subditivum esse affirmant Lamb. et Fab. Sed omnes Codd. agnoscunt: et rectius cum al. *cum loquimur* legendum. — v. 606. Travolat) Gif. et Par. *trameat*. Al. *qua traviat*. Perinde est. — v. 619. Haec, queis) *Nec, queis* cum Fabro legit Creech. — v. 631. In fine palati) Voculam *in* delet Palmer. — v. 650. Generatim) *Variatim* legendum esse multis contendit Faber. Frustra. — v. 651. Circumcaesura) Gif. Par. al. *circumtextura*. Sed *circumcaesura* utitur Arnobius, et Lucretius ipse III, 220. — v. 679. Volvat) Ita melius, quam *solvat*. — v. 685. Promissa) Al. *permissa*; ut v. 692 *permitti*. — v. 692. Alio — alter) Faber *illo — ille*, quia de duobus agitur, ubi non potest dici, *alter est maior alio*. — v. 699. Atque recedere) Ita Codd. Lambinus tamen mavult *ac decedere* s. *atque excedere*. — v. 701. Conlabefacta) Sic L. I, 493. Gif. et Par. vero *concalefacta*. — v. 708. Decurrit) Vett. libb. *decurrunt*. — v. 733. Percipiunt) Gif. et Par. *percutiunt*. — v. 735. Sensumque) Faber *mentemque*,

Digitized by Google

probante Creech. — v. 742. Et quae consistunt etc.) Quidam Codd. et edd. *et quae confiunt etc.* Lamb. *partim quae constant ex harum etc.* — v. 745. Convenit) Gif. Par. *concurrit.* — v. 746. Haerescit) Al. *accrescit.* — v. 754. Oculis) Quidam MSS. et edd. *illi.* — v. 765. Reddita vitai iam mora) Salmas. *reddita vita etc.* consentientibus Codd. Voss. Faber *reddita vitai iam pausa.* — v. 767. Effecti) Leg. *effecti.* Sic II, 156. Al. *affecti.* — v. 770. Dissentit) Creech. coni. *discernit.* — v. 777. Huic versui Codd. subiungunt,

Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta,
Tantaque sensibili quovis est tempore in uno
Copia particularum, ut possit suppeditare.

Sed spurios censet cum Lamb. Creech. — v. 778. Quaerantur) Pina *quaerendum.* — v. 779. Exponere) Fay. *expandere.* Perinde est. — v. 792. Oculis) Creech. *ollis.* — v. 793. Madent) Itz Codd. et recte. Alii tamen *valent.* — v. 796. Cum sentimus id: ut cum etc.) Gif. Par. al. *consentimus, id est, cum etc.* Sed elicit Lamb. nec revocat Creech. — v. 815. Frustramur et ipsi) Cod. Voss. *frustraminis ipsi.* — v. 821 sq. Illud in his rebus vitium etc.) Gif. Par. al.

Illud in his rebus vitium vehementer inesto,
Effugere illorumque errorem praemeditemur.

Alii

Illud in his rebus vitium vehementer vise
Effugere, errorem vitareque praemetuenter.

Faber

Illud in his rebus vitium vitare memento,
Effugere illorumque errorem praemetuenter.

Quidam

Illud in his rebus vitium vehementer nosse
Et fugere errorem, vitareque praemetuenter.

subaudito *oportet.* Nardius denique

Effugere errorem illorum, qui haec praemeditantur.

Sed de his litigent Grammatici. — v. 823. Ne facias) Gif. et Par. *qui faciunt.* — v. 859. Plurima) Faber *plu-*

Digitized by Google

ria, non probante Creech. — v. 876. Varieque) Ita melius, quam *vareque*, quod quidam Codd. exhibent. — v. 894. Hinc) Faber *his*. — v. 895. Corpus uti, ut navis) Gif. et Par. *corporis ut haec navis*; inepte. — *Ibid.* Velis) Gassend. optime coni. *remis*. — v. 902. Unum) Gif. et Par. *una*, sc. manus. Al. *unus*, sc. navis rector. — v. 912. Discedas) Al. *discedant*. Sed vulg. melius. — v. 926. Caeco) Ita Codd. et recte. Al. *secto*. — v. 932. Tundier) Haec vera aut lectio, ut v. 955: *contusa*. Al. *trudier*. — v. 934. Aut puta, aut conchis) Gif. et Par. *aut etiam conchis*. Al. *aut cuta concluses*. — v. 946. Aditus) Gif. et Par. *ecitus*. Sed Lambini coniectura praestat Gifanii Codicibus. — v. 950. Procumbunt) Gif. *procubant*, ut luxatus versus laxatis poplitibus conveniat. Perperam. Turneb. *cubant pro*. Alii autem legunt *cubanti*, et subiungunt

Saepe alium summittuntur, virosque resolvunt.

Alii

Saepe tama summittuntur, virosque resolvunt.

Sed Lamb. legit *procumbunt*, et versum *Saepe etc.* reiicit. — v. 963. Leges) Sunt qui legant *tiges*. — v. 965. Cernere bellum) Gif. *degerere bellum*, pro *gerere*. — v. 973. Huic versui vocalem *at* praeponit Gif. cum Par. Male. — v. 987. Hunc versum reiiciunt interpp. Retineri tamen posse iudicat Lamb. si legatur,

Tunc quasi carceribus patefactis tempore puncto.

Sed Hav. hunc et antece. ita emendat et in ordinem redigit:

Spirareque saepe;

Haud, quasi carceribus patefactis, stare quiete,

Et quasi de palma summas contendere vires.

v. 994. Erroribus) Ita Turnebus. Gifanii Codd. *terroribus*. Male. Quid enim terreat canes, vestigia ferae persequentes? — v. 996. Hunc versum postulante sententia inseruit Lamb. — v. 999. Semina eorum) Rectius cum Gif. Par. al. leg. *seminiorum*, s. quod Creech. mallet, *semina rerum*. — v. 1020. Puai) *Puai*, *Puri*, *Pueri*,

Digitized by Google

legi potest: eadem enim omnium significatio. — v. 1026. Quoque) Gif. et Par. *quoique*. — v. 1030. Fluminis) Gif. *seminis*, s. *fleminis*. — v. 1040. Huic versui quidam subiiciunt,

Incitat irritans loca turgida semine multo. Frustra.

v. 1042. Hunc et duo sqq. versus eradit Lamb. qui tamen ad rem facere, et non indigni Lucretio videntur. — v. 1051. Nomen) Creech. bene coni. *numen*. — v. 1053. Fervida) Gif. Par. Nard. al. *frigida*, contra Codd. antiquos, et sententiam Lucretii. — v. 1057. Absterrere) Gif. Par. *abstergere*. — v. 1059. Conversum unius amore) Faber cum quibusdam Codd. *conceptum unius amorem*. Recte. — v. 1061. Post hunc versum inserit Gassend.

Quod cupido affixum cordi viviscit, ut ignis.

v. 1081. Coram) MSS. *totum*. — v. 1089. Tenuia, quae vento etc.) Gif. Par. *Tenuia, quae vento spes captat etc.* Faber *Tenuia, quae venti suevit raptare procella.* Sed versum, vel ita emendatum, reiice cum Lamb. et Creech. — v. 1098. Flore fruuntur) Lamb. *flore iuvantur*. Gif. *flore utuntur*. Palmer. *flore launtur* (λύονται). Sed Creech. stat pro vulg. quo sane nihil facilius latiniusve. — v. 1108. Rupit) Edd. ante Creech. *erupit*. — v. 1118. Unguenta) Faber *unioque*, s. *fibulaque*, s. *Tyrrhena*. Nam *unguenta* locum hic habere nequeunt. — v. 1136. Aperto) Voss. *operto*. — v. 1150 sqq. Hos tres versus deleri vult Lamb. contradicente Fabro. — v. 1155. ἰα) Sive μία legas, nihil interest. — v. 1173. Venientem) Alii *veniens*, probante Creech. Faber coni. *vel venti*. — v. 1192. Subat, ardet) Al. *subito ardet*. — v. 1196. Non) Melius cum Gif. leg. *cum*. — v. 1202 sq. Semen forte virile Feminea commulxit etc.) Salmas. *semine, forte virilis Femina vim vicit etc.* Gif. et Par. *Femina immulsit*. — v. 1218. Nihilo minus) Gif. Par. al. *nihilo magis*. — v. 1264. Clunibus) Faber *crissans ipsa*. — v. 1267. Seminis ictum) Faber *semini iactum*. Recte. — v. 1268. Idque sua causa) Lamb. *sicque sua causa*, s. *atque*. Fa-

Digitized by Google

bet *hasque ipsa rursus.* — v. 1279. In longo) Gif. e Cod. *id longo.*

LIBRO V.

v. 3. Qui fundere fundet) MSS. constanter habent *fingere*, n. *fundere.* Gif. tamen legit *pingere.* Faber *quis* i. e. *queis fingere.* — v. 8. Ille fuit) Gif. Par. al. *ipse fuit.* — v. 45. Tunc ingratis) Gif. *est ingratiis.* Al. *tunc ingratis.* — *Ibid.* Insinuandum) Voss. *et insinuandum.* — v. 56. Nunc rationes) Al. *dum rationes.* Forsan melius, judice Creech. — v. 117. Aeterna manere) Quidam Codd. *aeterna meare.* — v. 124. Sic sunt indigna) Alii *quae sint indigna.* — v. 130. Nec in aequore) Al. *non aequore*, uti III, 766. — v. 135 — 138. Quatuor hos versus hue cum Aliis temere translatos censuit Faber. Sed ad rem aeque ac reliqui faciunt. — v. 155. De corpore) Lamb. *pro corpore.* — v. 164. Summam) Al. *summa.* Lamb. *funda.* — v. 174. Amorem accendere) Al. *amore accendere.* — v. 181. Esse creatum) Al. *esse creato*, ut v. 177 *esse creandis.* — v. 187. Creandi) Lamb. *creando*, comprobante Creech. — v. 188. Multa modis multis) Lamb. Gif. Par. al. *multimodis multis.* — v. 195. Genitur) Gif. Par. Nard. al. cum MSS. *geritur.* — v. 202. Avidam) Marull. *aliam.* Bene: nisi mallis cum Creech. *habitant*; neque enim insolentius *montes habitant*, quam *sylvae possident.* — v. 222. Apportant) Lamb. *importans.* Sic III, 225, et infra v. 910. — v. 226. Vitali) Ita Muret. dum Codd. *vitai.* — v. 230. Nec crepitacula eis opus sunt) Quidam Codd. *nec crepitacula eis opus est.* Rectius. Sic Plaut. *Patre opus est eibum.* — v. 240. Debet tota eadem) Gif. Par. *debet eadem omnia.* — v. 258. Alid auget) Lamb. Gass. al. *alid*, *augeti.* — v. 261. Limatur) Al. MSS. et edd. *libatur*, melius. — *Ibid.* Recrescit) Gassend. *senescit.* — v. 305. Fessa fatisci) Faber *fessa fatiscunt.* — v. 312. Hunc versum delendum censet Faber. — v. 313. Cedere properare etc.) Gif. Par. al. *Quaerere proporro sibi cumque senescere*

Digitized by Google

credas, i. e. ut credas, ea quaerere sibi aliquando senectutem. Consentiunt quaedam MSS. Faber coni. *Omniaque ut porro, subitoque sen. credas.* Sed melior vulgata lectio. — v. 348. Magnasque) Gassend. *tristesque.* — v. 362. Summarum) Gassend. *summaï.* — v. 363. Quis) MSS. Hav. *qui.* — v. 396. Regnarit) Gassend. *superarit.* — v. 397. Ambens) Al. *ambiens.* — v. 399. Terrasque per omneis) Gassend. *terrasque perussit.* — v. 407. Vera est animi) Vett. libb. *vera nimis est*, probante Creech. — v. 413. Ut fama est hominum etc.) Gif. Par. Nard. al. *ut fama est, hominum multos quando obruit undis.* Voss. *multas* (i. e. crimina hominum, s. impios homines) *quando obruit, undis.* At quid hic loci Lucretius cum criminibus hominum? Profecto Epicureus nunquam credidit istas aquas ad eluenda hominum peccata fuisse terrarum orbi immissas. *Cr.* — v. 416. Imbres) Gassend. *nubes.* — v. 419. Solisque et lunae) Gif. Par. al. *solis lunaï.* — v. 430. Tandem ea conveniant, quae ut convenere repente) Al. *tandem conveniant* (al. *conveniant*) *ea quae coniuncta repente*: et melius. vid. II, 1060. — v. 431. Saepe) Faber *nempe*, quae emendatio nulla est, vid. II, 1061. — v. 452. In medioque imas) Turneb. *in medio, atque imas.* — v. 460. Signifer) Quidam Codd. *ignifer.* — v. 465. Ipsaque) Al. *ipsaque ut.* — v. 473. Hunc versum delet Lamb. parenthesi includunt Gif. et Par. delet item Creech. Pro *inter utrosque* Faber legit *astrorumque.* Sed nulla est haec emendatio. Cf. Creech. ad h. l. — v. 477. Viva) Fayus *bina.* — v. 480. Moveantur) Al. MSS. et edd. *moveant nos.* — v. 483. Suffudit) Al. *suffodit.* — v. 500. Ponti mare) Ita recte Lamb. qui etiam coni. *tantum mare.* Gif. *ponto mare*, i. e. in ponto mare. Absurde. — v. 513. Extraque tenere) Al. *et utraque tenere.* — v. 515. Aeterni) Faber *alterni.* — v. 522. Volvunt se immania) *To se* Creech. delendum censet. Pro *immania* alii legunt *inania.* — v. 533. Quae vegeat motum signis) Marullus *qua vigeat motus* etc. Al. *quae vegeat motu insignis.* — v. 539. Si-

Digitized by Google

dit) Gif. Par. al. *vivit*. Male. — v. 546. Cui quae adiaceat) Gif. Par. *quid quae adiaceat*. — v. 548. Obiecta) Quidam libri *adiecta*. — v. 561. Quis potis est) Faber *quid potis est*. — v. 569. Illa ipsa intervalla nihil) Gif. Par. *nihil vitae intervalla*. — *Ibid.* Limant) Al. *libant*. — v. 572. Loca tingunt) Al. *loca fulgent*. — v. 573. Filumque) Gif. *sublime*, quod ferri potest. Al. *illimque*, antique, pro *illic*: frustra. — v. 588. Perparvum) Gassend. *perpetuum*. — v. 589. Cum longus) Al. *quo longius*. — v. 597. Flumen) Al. *lumen*. fortasse melius. — v. 608. Accipere) Sic VI, 149. Gif. et Par. tamen *accendere*. — v. 635. Revisunt) Alii *recurrunt*. Sed *visere ad*, et *revisere ad* optimi auctores, et ipse Lucretius VI, 1236 et alibi. — v. 650. Extima coeli) Al. cum Turneb. *ultima coeli*. perinde est. — v. 656. Defert) Quidam Codd. *differt*, i. e. late spargit. — v. 675. Non nimis incertis) Faber *non minus haec certis*. — v. 676. Hunc versum delet Faber, et in sequenti legit *Namque uti res mundi etc.* At Creech. retinet, et pro *namque ubi sic fuerunt* legendum coni. *namque uti sanxerunt*. — v. 678. Consequa natura est iam rerum etc.) Gronov. ex vet. Cod. *consequiae quoque rerum sunt etc.* — v. 719. Globus ut, si forte, pilae) Douza filius *globus ut sit forte pilae*. — v. 722. Denicum eam) Gif. Par. al. *denique eam*. — v. 725. Luciferam partem) Douza fil. *dimidiam partem*. — v. 732. Adolescere) Gif. et Par. *adolescei*. Gassend. *aboriri*. — v. 734. Difficile est) Faber *id facile est*, improbante Creech. — v. 746. Ac dentibus algus) Al. *accentibus algi*, eamque lect. male praefert Fayus. — v. 749. Cum fieri possint) Lamb. ex 2 MSS. *cum florere queunt*. — v. 762. Oppressum solem super ipsa) Lamb. *oppressum sub solem ipsa*. male. — v. 769. Pererrat) Gif. Par. al. *peregrat*. Al. *per erit*. — v. 798. Adulto) Al. MSS. et edd. *adultis*. — v. 805. Ibi) Lamb. *ibus*, pro *iis*. — v. 837. Androgynum etc.) Heins. ad Claud. Phoen. legit *Androgynon inter neutra, atque ab utroque remotum*. Mittimus aliorum emendationes. Ver-

Digitized by Google

sus spurius est, et omnino delendus. — v. 839. Multa) Alii *nuta*: et venustius. — v. 844. Absterruit) Gif. et Par. *absterguit*. — v. 848. Producere) Al. *procudere*. — v. 850. Qua) Al. *quae*. Et versu seq. — *habere*, *Multa queis nectant inter se gaudia uterque*. — v. 856. Mobilitas) Barthius coni. *nobilitas*. male. vid. v. 861. ubi *fuga*. — v. 879. Hinc illinc par vis etc.) Ita Turneb. nec incommode. Alii aliter. Faber *hinc illinc par vis ut partibus esse potis sit*. Quidam *hinc pars ut non sit*, *pars illinc esse potis sit*. — v. 883. Lactantia) Vossius ad Catull. *lactantia*. — v. 890. Rapidis) Creech. cum Heinsio *rabidis*. — v. 892. Discordia) Creech. *dissortia*. — v. 894. Proficiunt) Ita Lamb. Al. Codd. et edd. *proficiunt*. — v. 899. Flamma quidem vero) Al. *ignea flamma quidem*. — v. 912. Ponere) Alii *pandere*. — v. 921. Res sic quaeque — et omnes) Gif. Par. al. *sed sic quidque — et omnia*. — v. 930. Tractabant) Al. *tolerabant*. — v. 932. Molirier) Aliis non displicet *mollirier*. — v. 945. Claricitat late) Haec est Sim. Boysii coniectura plausu dignissima. Al. *clare citat ad se*, s. *clarior accitat*. — v. 946. Noctivagi) Ita melius quam *nota vagis*. — v. 968. Sylvestria) Gif. et Par. *sylvestribus*. — v. 973. Respectabant) Faber *exspectabant*. At Creech. mallet *resuptabant*. — v. 983. Setigeri) Al. *spumigeri*. — v. 987. Labentia) Ita Muret. Codd. *lamentis*. — v. 1000. Sed temere, incassum mare etc.) Codd. *Sed temere, incassum, frustra mare saepe coortum*. Voss. ad Catull. *sed temere, incassum, flustra mare saepe coortum*. frustra. — v. 1001. Pomebat) Al. *misebat*. — v. 1037. Vixdum cum ipsis sunt) Gif. et Par. *vix etiam cum sunt*. Lamb. *Vix dum etiam cum sunt*, s. *vix dum eis cum sunt*. — v. 1063. Fremunt) Ita recte legitur, nec admittendum est Nonii *tremunt*: reiiciendum vero, licet mille Codd. exhibeant, Gifanii *premunt*. Cr. — v. 1067. Iactant) Al. *lactant*. — *Ibid.* Petentes) Voss. *patentis*. — v. 1068. Teneros) Faber *veros*, improbante Creech. — v. 1098. Et micat) Lamb. Gif. al. *emicat*. — v. 1111. Viresque vigebant)

Digitized by Google

Faber *viresque vigentes*. — v. 1130. Hunc et sequentem versum deleri vult Creech. — v. 1142. Docuere) Creech. coni. *didicere*. — v. 1150. Hunc versum post v. 1152. ponendum censet Creech. — v. 1158. Procraxe) i. e. elocutos esse, a κράζω. Al. *protraxe*, pro *protraxisse*. — v. 1163. Sanus et integer est versus; quem Faber spurium putat, s. ita mutandum: *Quae nunc in cunctis fumant arisque focisque*. — v. 1176. Et manet omnino, et quod) Gif. et Par. *et tamen omnino, quos*; qui quid velint ipsi videant. Alii *et manet omnino, quos*. — v. 1189. Severa) Gassend. *serena*. — v. 1208. Deum nobis) Pro *nobis* Faber substituit *endo polis*, in coelis. Sed ista audacior est coniectura, et *tibi, sibi, vobis, nobis*, etc. pro libitu inserebant vett. poetae, *Cr.* — v. 1213. Et tanti motus etc.) Al. *et taciti motus etc.* perinde est. Faber *Hunc tanti motus possint sufferre laborem*. — v. 1252. Altis) Al. *altas*, minus bene. — v. 1265. Sylvasque excidere) Creech. *quibu' sylvas caedere*. — v. 1266. Materiem laevare, dolare etc.) Creech. *materiamque dolare, et laevia reddere*. Perinde est. Gif. et Par. *materiemque dolere, laevare etc.* — v. 1289. Serebant) Al. *ferebant*, i. e. inferebant. At Tacitus *proelia serere*; Livius *pugnam conserere*; Plautus *pugnos serere*. — v. 1296. Reppertum) Alii *armatum*, probante Creech. — v. 1297. Dextraque vigere) Gif. et Par. *vegere*, i. e. incitare, impellere. Quasi dextra equos equites impellant! Faber *virgave viere*. — v. 1299. Biiugo) Faber *biiugos*, quae felicior est coniectura. — v. 1307. Moenere) Al. *moenera*, s. *munera*. — v. 1309. Parthi) Al. *partim*. — v. 1314. Hunc versum abesse velit Faber. Alibi legitur lib. II, 632. sed suo loco, et una voce variat. — v. 1318. Petebant) Gif. Par. al. *patebant*. — v. 1319. Diripiebant) Turneb. *deripiebant*. — v. 1320. Deplexaeque) Al. *depexae*, i. e. horridae. Al. *devexae*, i. e. pronae et deorsum ruentes. Mox pro *vinctos* Gif. et Par. *victos*. — v. 1326. Posteriorem multi, utrumque versum Lambinus veruto conficit; nec illum crudelem censet Creech. —

Digitized by Google

v. 1338. Boves Lucae) Lamb. *boves lectae.* At Gif. e Codd. *boves templis.* — *Ibid.* Male mactae) Al. *male caesae*, quae lectio est Codd. Gifanii. — v. 1339. Fera facta) Lamb. *fera fata.* — v. 1340. Sic fuit) Quidam MSS. *si fuit.* — v. 1346. Ipsique perire) Nonnulli libri *ipsique perirent.* — v. 1350. Tela parantur) Codd. et Gif. *tela paratur.* Tela enim aliquando significat ipsum instrumentum textorium, cui accommodatur tela. — v. 1359 Hunc versum spurium esse monet Faber. — v. 1390. Omnia cordi) Faber *otia cordi.* venuste. Voss. ad Catull. *omnia chordae*, quia post satietatem cibi nihil hominibus aeque placeat ac musica, utpote quae tunc sit τὰ πάντα. Priorem lect. praefert Creechius. — v. 1398. Coronis) Gif. Par. al. *corollis.* — v. 1420. Distractum) Al. *distractam*, int. vestem: et in seq. versu *disperiisse.* Sed hanc lectionem sequentia *neque in fructum etc.* non patiuntur. — v. 1427. Signisque ingentibus) Gassend. *gemmisque insigniter.* — v. 1440. Discretaque) Gif. Par. al. *descriptaque.* — v. 1441. Velivolum) Gif. cum sequacibus *velivolis.* — *Ibid.* Navibus pandis) Ita bene Lamb. e quibusdam Codd. Gif. et Par. *navibus postis.* Al. MSS. *propter odores*, quod nemo intelligat. Voss. coni. *Protei ad oras.* frustra. — v. 1455. Videmus) Alii *videbant.* imperite.

LIBRO VI.

v. 1. Frugiferos) Al. *frugiparos.* — v. 10. Hunc versum delet Lamb. quoniam *vitam tutam consistere* nullo modo dici possit: et exempla Gifanii ab hac significatione τοῦ *consistere* prorsus aliena esse affirmat. Vix tamen a me impetrare possum, quin credam Lucretium scripsisse *consistere*: ista enim vox Epicuro propria, qui ἡδονὴν καταστηματικὴν τοῦ σώματος, et non solum ἡδονὴν ἐν τῇ κινήσει agnovit. *Cr.* — v. 14. Quicquam) Alii *quidquam.* — v. 15. 16. (ex lect. Forb.) — v. 29. Quod flueret naturae vi) Ita Lamb. Codd. enim *quod flueret naturali.* Alii *quod flueret naturali vi* [illegible]

rel. Faber. *quod fl. permanenter*, s. *permutatim*. Sunt etiam qui legant *quod fl. fortunaï*. Sed Creech. totum versum deleri vult; qui sane abesse potest. — v. 44. Fientque, necesse) Gif. Par. Nard. al. *fierique necesse est*: et versu sq. pro *esse ea dissolvi, Pleraque dissolvi*; quae merae sunt nugae. — v. 46 sq. Io. Auratus totum hunc locum sic legendum censebat:

Quandoquidem semel haud segnis conscendere currum
Ventosum spes hortata est, atque —

Gif. et Par. *ventorum* (eorum quae consequetur) *exhortantur spes*. Alii *votorum*. Lamb. hos duos versus cum sq. suppositicios putavit. Vossius tandem ad Catull. legit:

Quandoquidem semel insignem conscendere currum
Ventorum exhortat pellacia, et omnia rursum
Quae fuerant, sunt placato conversa favore.

v. 66. Tota regione) Gif. Par. al. *caeca ratione*. — v. 67 sq. Longeque remittis — putando) Alii *longeque remittas* (s. *remittis*) — *putare*. Heins. *putata*. — v. 69. Delibata) *Delibata* an *delibrata* legi debeat, certant Lamb. et Gif. Sed neutra vox ferri potest. Creech. coni. *deirata*, i. e. valde irata; quam emendationem sqq. versus confirmant. — v. 70. Quod) Lamb. Gif. al. *quo*. — v. 80. Profata) Alii *profecta*. — v. 82. Ratio coeli speciesque) Lamb. Gif. Par. al. *ratio superum coelique*. — v. 84. Quaeque ferantur) Alii *cunque ferantur*. — v. 103. Tam tenues) Creech. *tam tenui*: ut vers. 101. *tam condenso*. — v. 104. Nam aut cadere abrupto) MSS. *nam cadere aut bruto*, i. e. gravi; eamque lect. bene revocant Fab. et Creech. — v. 109. Malos) Al. *muros*. frustra. v. Creech. ad h. l. — v. 117. Corpori' tractum) Gif. *corporis tactum*. ridicule. — v. 119. Exierit) Creech. mallet *exierunt*. Consentiunt duo Codd. Voss. — v. 124. Intorsit) Al. *infercit*. — v. 127. Commovit) Ita melius, quam *contumuit*. — v. 146. Clamore) Lamb. *clangore*. — v. 181. Nictantia) Voss. *micitantia*. — v. 182. Adlicit) Al. *attigit*, eadem significatione. Al. *adficit*, et Pal-

Digitized by Google

mer. *adtigit.* — v. 185. Impete miro) Creech. mallet *agmine miro.* — v. 200. E nubibus) Creech. *in nubibus*, ita postulante sententia. — v. 220. Halantes) Quidam libri *halantis.* — v. 222. Per se) Melius, quam *saepe.* — v. 228. Clamor uti ac voces) Alii *clamor uti vocis.* Sed totus versus abesse posse videtur Creechio. — v. 236. Pollens) Sic recte Lamb. et valeat Gifanii *tollens*, et aliorum *candens*, vel *cellens.* — v. 241. Demoliri) Gif. Par. Fay. *commoliri.* — v. 257. Et fertur tenebris procul, et trahit atram) Preig. *et fertus tenebris, procul attrahit atram.* Faber *et fertur terris procul, et trahit etc.* Sed cf. Creech. ad h. l. — v. 265. Nec tanto possent haec terras etc.) Gassend. *nec tanti possent venientes opprimere imbres.* Alii aliter. Sed non opus est mutatione. — v. 278. Ipse sua nam) Lamb. *ipse suapte*, probante Creech. non enim placet vocis istius *nam* repetitae sonus. — v. 291. Atque ita praecipitans) Faber *atque itu Pyrrhae nos.* Ingeniose quidem: sed minus vere. Cf. lib. V, 256. — v. 293. Provolat) Al. *pervolat.* — v. 346. Intendunt) Gif. et Par. *intendant.* — v. 348. Liquidis) Creech. cum Nard. *liquidus.* — v. 356. Stellis fulgentibus alta) Faber *telis fulgentibus* (i. e. fulmine) *alta.* Creech. *stellis fulg. apta.* — v. 381. Indicia) Al. MSS. et edd. *iudicia.* — v. 388. Quo cuique est cunque voluptas) Gif. Par. al. *quo ducit quemque voluptas.* al. *voluntas.* — v. 390. Halent) Alii *edant.* — v. 396. An con brachia suefaciunt) Alii *an tum brachia consuescunt.* — v. 404. Huic versui Lamb. existimat versum, qui ab hoc septuagesimus est, si modo Lucretianus est,

Nam ratio cum sanguine abest humoribus omnis.

subiungendum. — v. 420. Plurimaque huius) Gif. et Par. *plurimaque plus.* — v. 431. Quam coepit) Gassend. *qua coepit*, et ita postulat sententia. — v. 442. Venti se nubibus) Al. *ventis e nubibus.* — v. 453. Compressa) Sic potius legendum, quam *compressa.* Ita v. 455. *comprendunt inter se.* — v. 465. Condensa ac stipata etc.) Gif Par. Nard. al. *et condensa atque aria apparere, et*

Digitized by Google

simul ipse. Hunc versum, cum vers. 467 et 468, multi reiiciunt. Ferri tamen possunt, seu potius videntur necessarii, praecipue duo posteriores, quibus ventos sursum tendere, atque ideo nebulas ad montium cacumina tollere declaratur. *Cr.* — v. 473. Momine ponti) Al. *numine ponti*. Minus bene. Voss. *momina ponto*. — v. 474. Hunc versum nonnulli subiungunt v. 404. alii v. 522. Sed omnino delendum censet Creech. — v. 482. Hunc — in coetum) Al. *huc — in coelum*. — v. 498. Utrasque) Lamb. Gif. Par. al. *utrumque*. — v. 500. Corpus cum sanguine) Lamb. *sanguis cum corpore*; et versum seq. delet. At *corpus cum sanguine*, et *humor cum membris* respondent versui 498 *pariterque ita crescere utrasque*. — v. 502. Concipiunt) Al. *consugunt*, al. *conciliant*. — v. 508. Nubes vi venti) Creechius, cui voces *vi venti* e seq. versu huc delatae videntur, Lucretium scripsisse coni. *nubes imbrea tum*. — v. 510. Coorta) Al. MSS. et edd. *coacta*. — v. 514. Stillantque) Gif. et Par. *stillantia*. — v. 516. Utroque) Al. *utrinque*. — v. 519. Multa fuerunt) Voss. *multa flentur frustra*. — v. 531. Reperire) Alii *te per te*, quos pauci sequuntur. — v. 540. Submersaque saxa) Voss. ad Catull. legit e Codd. *submerso capite*, i. e. capite. — v. 553. Aqua et fluctu) Alii *aquae fluctu*, et mox *vacillans*. Gif. *aquae fluctu — vacillet*, quod nullo modo ferri potest. — v. 554. Ut vas in terra) Voss. ad Catull. *ut vas inferii*, i. e. vini novi. Male. — v. 568. Euntels) Lamb. Gif. Par. *euntem*, probante Creech. — v. 589. Magnas) Faber *magno*. — v. 582. Simul artam) Lamb. Gif. al. *simul altam*. Par. *simulatam*. — v. 599. Idque) Lamb. *imque*, i. e. illumque. — v. 609. Quo tantu' fuat) Al. *quo fit tantus*. Gif. et Par. *quo fiat tantus*. — v. 619. Pelage) Frustra Gif. rescribit *pelagi*. cf. V, 36. — v. 632. Coniunctas — cingit) Ita Lamb. At omnes Codd. *coniuncta est — cingens*. — v. 641. Media de clade) Gronovii Cod. *media Graecia de*. Salmas. *media e re clade*, i. e. ex media rerum natura. Faber *dia de clade*, quae egregia est coniectura. Sunt et

Digitized by Google

qui legant *mediocri claue.* non male. — v. 641. Tibi rebus) Al. *tibi in rebus.* — v. 652. Et quota pars homo terrai etc.) Voss. Preig. *nec tibi pars, homo terrae quota totius unus.* — v. 663. Haec tellus nobis coelumque) Gif. Par. Nard. *haec tellus morbi, coelumque.* — v. 674. Fluvius, qui non est, maximus eii est) Al. MSS. et edd. *fluvius, qui vitus, maximus eii.* Non male. Salmas. *fluvius quis vitus maximus eii.* — v. 698. Et penetrare mari etc.) Alii:

Et penetrare mare, et penitus se cogier arcto.

Sed displicet haec lectio Fabro, quoniam non de mari, sed de venti in speluncas ingressu agitur. Itaque legendum putat:

Et penetrare animam penitus res cogere aperto.

Creech. mallet:

— *animam penitus res cogit aperto.*

Lamb. vero versum spurium censet. — v. 701. Venti geni crateres) Al. *vertice item* (al. *enim*) *crateres.* Sed prior lectio praeferenda. — v. 710. Quod conein dicut) Al. *quod contigit eii.* — v. 720. Flumine) Al. *flamine* male. — v. 722. Virum, percoctaque secla calore) MSS. Lugd. *virum percocto secla colore.* — v. 746. Averno est) Creech. *Averno' est* — v. 747 seq. De duobus hisce versu. multa interpretes; quorum omnium commenta refutavit Faber, et ipse tandem legit:

Ut Cumas apud est locus Euboico sub monte.

Gassendus vero:

Qualis apud Cumas Miseni sub pede montis.

v. 755. Ipsa sua vi) Alii *ipsa suapte.* — v. 756. Item locus esse, videri) Faber *item speluncae videri.* Creech. *item locus esse, vigentes.* — v. 757. Quadrupedes etc.) Hunc versum Faber ita emendat:

Quadrupedem quo secla simul vestigia prima.

v. 782. Infesto sensu) Lamb. corrigit *infestae sensu*, i. e. sensui. At nihil mutandum. — v. 793. Deficere ut primos qui morbus etc.) In Codd. mira est varietas. Faber hunc vers. ita refingit:

Digitized by Google

Nidore ut somnos qui morbus mittere suevit.
Gif. e Codd. *deicere ut prives qui*, etc. Sed Creech. retinet *pronos*, et morbum qui pronos deiicit, recte interpretatur *morbum Comitialem*. — v. 798. Sedibus intus) Gassend. *sedibus ipsis*. — v. 804 sq. At cum membra hominis etc.) Gif. et Par.

Aut nisi membra prius pertexit frigida servus,
Aut sit odos vini, plagae manabilis mora.

Quasi haec omnia essent remedia contra vim gravem et odorem carbonum. — v. 823. Ut cadat) Gassend. *et ea dat*. — *Ibid.* Qua dirigit aestus) Gif. *derigit*, i. e. deorsum tendit. At aestus non dicitur deorsum tendere, sed de terra surgere in auras, v. 819. Faber legit *qua se erigit aestus*. frustra. Leg. *dirigit*, et omnia sunt plana. — v. 836. Nictari) Gif. Par. Fab. al. *nixari*. — v. 858. Sociare vapori) Alii *satiare vapore*. — v. 869. Terram) Creech. *umbram*. — v. 878. Nodosque) Quidam Codd. *venasque*. Gif. *nervosque*, improbante Fabro. — v. 890. Endo mari spirat) Locus male sanus. Voss. Preig. *endo mari Aradio*. Creech. *Aradius spirat*: de quo fonte Strabo in libr. Geogr. 6. — v. 913. Ordine demisso) Al. *ordine demissos*. — *Ibid.* Auris) Al. *hamis*. frustra. neque enim hamis iactantur annuli. — v. 922. Mitti spargique necesse est) Alii *mitti fateare necesse est*. — v. 946. Diditus) Sive cum aliis *diditur* legas, perinde est. — v. 954. Undique qua circum corpus lorica etc.) Ita aliquando Lamb. In iterata ed. legit *qua circum corii lorica*. Gif. et Par. *circum coli*, i. e. pectus, venter et latera. Salmas. *circum coeli*, et in versu anteced. *qui ferri* pro *quin ferri*. Faber tandem *quam circum corii*. Sed hae nugae sunt. Creechius nihil mutat, sed in seq. vers. pro *morbida vis* legit *fervida vis*, et interpretatur de militibus loricatis, qui dum urbem expugnant, pice, sulphure, seu aqua fervente aspersi, vim fervidam loricas suas penetrantem senserunt. — v. 956. Et tempestatem — coortae) Faber *nam tempestatem — coortam*. — v. 957. E coelo emotae etc.) Gif. Par. Nard. al. *in coelum*

Digitized by Google

terraeque remotae iure facessunt. Faber *vel ferri natura timet, circumque fatiscit.* — v. 965. In eius) Alii *in ignis.* — v. 977. Haec res munda) Alii *haec iucunda*, quae lectio ferri potest. — v. 986. Alia — aliaque) Gif. Par. Nard. al. *alio — alioque.* perperam. — v. 988. Lamb. Gif. Par. al. hunc versum collocant post vers. 995. — v. 1007. Nec res ulla) Lamb. *nam res nulla.* — v. 1021. Hic versus Lambino suspectus est. *Pro adiumento* Palmer. legit *molimento.* — v. 1030. Parvas) Al. *pronas*, l. *privas.* Gassend. *primas.* — v. 1039. Et quamquam in partem) Omnes fere MSS. et edd. *et partem in vacuam.* — v. 1046. Interposito discordia) Al. *interposito, et discordia*, sublato puncto post *videtur.* — v. 1051. Fluctu) Lamb. *flictu.* — v. 1062. Magnesi semina saxi) Al. *Magnesi flumina saxi.* Al. *Magnesia flamina saxi.* — v. 1076. Denique res auro argentum etc.) Faber,

Denique auro res aurum copulat.

recte, iudice Creech. licet non sit reiicienda vulgata. — v. 1103. Discrepat aër) Al. *discrepitant res.* inepte. — v. 1104. Britannum coelum) Lamb. *Britanno coelo*, et vers. seq. *Id quod* pro *et quod.* Sed Codd. constanter *Britannis*, unde Faber *Brittanidis.* — v. 1117. Alienum est) MSS. Lagd. *venenum.* — v. 1132. Coeli — amictum) Alii *coelum amicum:* et in seq. vers. *inimicum* s. *corruptum* pro *cruentum.* — v. 1136. Aestus) Al. *aër:* sed *aestus* olim Macrob. — v. 1152 et 1153. Duos hos versus suo loco emotos versui 1149. *Inde ubi etc.* subiungendos censet Creech. — v. 1166. Ad ossa) Alii *adesa.* Quidam insuper reiiciunt versum sequentem. — v. 1168. Nil adeo posset cuiquam) Lamb. Fab. *nil adeo ut posset quidquam.* — v. 1169. Vertere) Al. *verti.* — v. 1174. Mersans) Faber *versans*, improbante Creech. — v. 1184. Aut ingens) Gif. Par. al. *ac ingens.* frustra. — v. 1186. Contincta) Al. *contacta.* — v. 1193. Inhorrebat rictum, frons tenta minebat) Rutgers. *inhorrescens rictum — minabat.* Alii *meabat.* absurde. Creech. *micabat*, s. *mannabat.* — v. 1198. Ulceribus) Al. *visceribus.* — v. 1202.

Digitized by Google

Hus) Faber *hac*, i. e. ea parte, per nares scilicet. — v. 1216. Incesserat) Ita Lamb. MSS. *incusserat*. Par. *invaserat*. — v. 1217. Solibus) Al. *sedibus*. At *solibus* melius respondet voci *noctibus* in sq. vers. — v. 1218. Noctibus) Al. *noxia*. — v. 1233. Idque vel in primis etc.) Codd. Lugd. Rutgers. hunc versum post vers. 1235. *Ex aliis alios etc.* collocant, eumque ordinem probat Creech. — v. 1245. Inque aliis alium) Faber *inque aliis alius*. — v. 1257. Nec minimum partim) Alii melius *nec minimam partem*. — *Ibid.* Aegroris) Al. *moeroris*. Fab. *aegrorris*. — v. 1260. Quo mage eos tum Confertos) Al. *quo magis aestu Confectos*. Utraque lectio ex Thucyd. probari potest. — v. 1269. Ulceribus tetris prope iam, sordique sepulta) Turneb. *Ulceribus caecis prope iam, sordique sepultis*. Al. *visceribus*. — v. 1277. Ut prius hic) Gif. Par. al. *ut pius hic*. Frustra. nam Thucyd. οἷς πρότερον ἐχρῶντο.

ANIMADVERSIO.

Postquam Lucretium quoque diu multumque efflagitatum ab se humanissimus bibliopola suae adiicere veterum auctorum collectioni decreverat, tantum abfuit, ut, quod plerumque levissimi quique consultores facillime suadere consuerunt, recentissimam quamque textus recensionem sequeremur, — ut vulgatam, quam Bipontina prima exhibet, quum propter maiorem intellectus facilitatem in autore per se iam perquam difficili, probandamque plerisque in locis lectionem, tum imprimis propter orthographiam retinendam arbitraremur, probe gnari magni illius taedii quod antiqua illa scriptura in plerorumque lectorum animis creare solet, cui recentissimus editor, ut multi nostratium, ultra modum videtur favisse; scribit enim ille ubique *quei* pro *qui*, *reparan-*

deis pro *reparandis*, *ventei* pro *venti*, *quur* pro *cur*, *olli*, *olla*, *ollorum*, *ollis* pro *illi*, *illa*, *illorum*, *illis*; quod ut saepe adamaverint seriores etiam inter antiquos, (quibus tamen certo accensendus est Lucretius) certe non ubique ita scripsisse nullum dubium esse debet. Est modus in rebus etc., omnisque omnino illa quaestio de scriptura antiqua nondum ab omni parte ad liquidum esse perducta videtur. Alii enim hoc, alii alio modo scriptitant, alii alia sectantur, alia omittunt. Accedit quod neque aetates dum recte inter se sunt distinctae, neque auctores ipsi. Ut longe consultius esse videatur, aut certum aliquem codicem in hac re, aut vulgatam sequi, quae medium servat, ab recentiorum autem in his rebus omniis abhorrere. Neque enim apparet profecto, quid intersit, an legamus *quum*, an *quom*, an *cum*, (nisi forte metrum dissyllabum flagitet, ut in *relicuum*) modo recte scriptoris ingenium percipiamus; id quod ab istis rebus minime pendet, imo valde interdum illis impeditur. — Atque haec potissima fuit causa, quare illam antiquam sequeremur; quippe quae prudenter miscuerit in his, ut ait Horatius, stultitiam consiliis brevem. Altera fuit, quod animadvertimus, recentissimos editores, et Forbigerum etiam, une ore pedeque constanter sequi unum Wakefieldum. Cuius textum quum paullo accuratius contemplaremur, perspeximus equidem, Lambinum, quem in plerisque sequitur vulgata, longe optimum, istunc secutum esse codicem, qui in unius cuiusque scriptoris lectione constituenda primarium locum merito semper occupare debet, notitiam inquam linguae rerumque, et intellectum ipsius scriptoris. Quem codicem etsi neutiquam abiudicaverimus Wakefieldio, tamen ille, suos secutus codices, plura, imo permulta reduxit, quae non erant reducenda; illumque Forbigerus, tamenetsi saepe, ut ipse fatetur, invitus, tamen ita secutus est, ut nonnisi in paucis ab eo recederet, idque recte cum Lachmanno (qui utinam suam editionem absolveret!) interdum tamen etiam non sequendos secutus duces, ut v. c.

Digitized by Google

Orellium, qui qualis sit iudicii homo, nuper in Phaedro suo exemplum edidit, cui versus ille obtrusit, qui numquam nisi ab insano versus vocari poterunt; similiter in aliis, ut mirandum sit, posse adhuc viros haud sane mediocri praeditos doctrina caeci huius ducis in suis notis mentionem facere. — Ceterum quoniam haud pauci plerumque recentissimae cuiusque in quoque scriptore recensionis lectionem saltem noscere cupiunt adfectantque, haud deesse in hac re voluimus lectoribus, Forbigerianaeque editionis, (quae facile inter omnes reliquas editiones, quae apud Teubnerum prodierunt, palmam reportaverit), varietatem, quae in longe plerisque fideliter Wakefieldianam repraesentat, quantum quidem eam excerpere valuimus, hic adiiciendam curavimus.

VARIETAS

WAKEFIELDO - FORBIGERIANA.

LIBRO I.

11. Genitalis. 16. *Inclusus versus.* (*Cf. III*, 456.) 35. devictus. 45. Memmius. 52. Quoque. 57 — 62. *inclusi, ut et in ed. Wakef.* 71. Irritat virtutem animi, confr. *ex Orellio, male. Nam orta ea l. in codd. quibusdam ex eo quod crederent* Irritat *esse praesens, quum sit perfectum. Cf. III*, 710. *VI*, 586. *Al.* Irritat animi virtutem, ecfringere, *quod Wakef.* 83. saepius illa. 86. Iphianassaeo, *item ex Orellio.* 126. lacrumas effundere salsas. 130. gerantur. 142. efferre. 150. Quoius principium hinc. 165. tenerent. 170. quaeque creantur. 176. suadente. 208. possent. 216. quaeque. 229. et reductum. 231. aeternaque. 241. nexu — indupedita. 243. corpore, quorum. 250. in

Digitized by Google

